


Bibliothèque numérique

medic @

Tacuini sanitatis



(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : <http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?00188x01>



MICROFICHES
550 et 551

R

16^e s.

188



205

188

L. A. B. 1881



TACVINI SANITATIS

ELLVCHASEMELI
MITHAR
Medici de Baldath,


De sex Rebus non naturalibus, earum naturis, operationi-
bus, & rectificationibus, publico omnium usui,
conseruandæ Sanitatis, recens exafati.

ALBEN GNEFIT

De uirtutibus Medicinarum,
& Ciborum.

IAC. ALKIN DVS DE RERVVM

GRADIBVS.
pandectæ medicinae Matthæi Silvatici.



ARGENTORATI
apud Ioannem Schostum Librarium.

Cum prerogatiua Cæs. Maiestatis ad
sexennium. M. D. XXXI.



REVERENDISS. PATRI, ILLUSTRISSI-
mo auitæ Domus Brandenburgen. Marchioni, D. ALBERTO,
Principi Electori: Ecclesiæ Rom. TT. S. Petri ad Vincu-
la Presbytero: Cardinali: Moguntinæ, et Magdeburgen.
sedium Archiepiscopo, Halberstadien. uero Ad-
ministratori: facti Rom. Imp. Archicancella-
rio, Germaniæ Primate. &c. Domino si-
bi obseruantissimo,

QVOD IN REBUS HVMANIS PRÆCIPVVM,
& natura quasi compertum, Princeps clementissime, quodq; iure quo-
dam nostro, omnes summopere curamus, nimirum id est, ut & Victus
sit ratio, & Vitæ seruetur incolumitas. Neque id abs re: quando etiam
sacris literis proditum, q; nemo carnem suam oderit unquam. Et mira
CONDITORI S prouidentia factum, ut, pro ea conseruanda, suo
quæq; ordine, suis quoq; fungantur officijs, cum interiora, tum exteriora
Homini membra: indito illi, super hæc, spiritu æthereo, qui rationis
ductû moderetur: ut uere cecinerit Psaltes, DIIS similem factum: qui
heroico quodam statu, cæteris creaturis, & dignitate, & iudicio præsit:
adstipulante in eam rem ingenioso Poëta,
Pronaq; quum spectent Animantia cætera terram,
Os Homini sublime dedit, cœlumq; uidere
Iussit, & erectos ad sydera tollere uultus.

Cui tamen, ob lapsum, a cunis etiam, bis mille erumnarum & calamita-
tum accidant, quas in glorium forte, celsitudini tuæ si recenseam, Lectori
quoq; plus fastidio, q; uoluptati, infinitis tamen interim Gratiarum do-
nis ornatur, quibus in hoc seculo nequam, diuinum in se numen resplen-
deat: quo non fucata charitate, uel subiectis iuste dominetur, uel proximi
necessitatem benignius ferat. Quæ quum ita se habeant, quisnam infici-
as ibit, te, ex homine licet, tam clara tamen prognatum stirpe, tanta præ-
cellentem & dignitate, & uirtutum insignijs, ad id mueris a DOMI-
NO uocatum, ut non modo Patriæ Pater, sed & admirandum iusticiæ,
legalitatisq; specimen sis unicum toti Germaniæ. Iis accedunt illustris.
D. T. bonarum Artium, Autorumq; celebriû eruditissima censura, cum
tam sollicita lectiõne, inter tot etiam negociorum reip. strepitus, ut Iusti-
nianum non iniuria, si non superes, certe æques: non armis (ut es Prin-
ceps paci studiosissimus) uerum Bibliothecæ incomparabili thesauro,
& condendarum Legum argutissima animaduersione. Hæc inq; atq;
alia uirtutum tuarum monimēta, adamussim in te perspiciens diuus ille,
non intermorituro seculo etiãnum uiuens MAXIMILIANVS (ni-
me, sed nec fallere potest, integer Iacobi Spiegellij candor, & probata fi-
des) tete, Princeps clarissime, secundum ex multis selegerat, quocum illi
principales in arduis deliciæ, cuius mansuetudine, temperãtia, iudicio &

consilijs, olim restituta morū uetusta integritas, Legum infinitarū chaos
 cōacta, & demum Turcæ impia tyrannus propulsa, Christianus orbis
 aliquanto tutior seruaretur. Sed heu, ut est Fati irreuocabile fatum,
 Heros ille, inuictissimi spiritus Imperator, a D O M I N O uocatus,
 abit, te nobis ad eiusmodi munia Albo subscriptum, relinquens. Quæ
 tuæ celsitudini, Princeps maxime, si forte molestius obtrudam, infimi
 nominis Librarius, at saltem id boni consulas, in morali gloria huiusce ne-
 nijs utrosq; dignos, posteris reddidisse, citra omnem Aulæ applausum.
 Ut uero ad conseruandam V I T A E sanitatem, quod præcipuum car-
 nis officium, redeamus, offerimus ecce tuæ celsitudini hosce Authores
 treis, a situ ueteri, quantum licuit, per exemplar non tam mutilum, q̄ de-
 prauatum, uindicatos: qui & si non Romana polleant eloquentia, at uero
 quod queritur absolutissime præstant. Quos ubi sedentario delectu quis
 uel obiter legerit, mirum q̄ pulcre reddant legentem alacriorem, tra-
 hantq; illecebris quibusdam P L V S V L T R O (ut dicitur) pergen-
 dum. Suscipe ergo pientis. Princeps, nec dedignare munus, non qui-
 dem offerentis, sed illorum potius monumenta, qui sub inelytissimo no-
 mine tuo, cunctis abhinc seculis reuixerunt: & Schotti in hoc animum,
 humilima subiectione tuæ celsitudini deuotissimum, ratus excipe. Pro-
 tectione diuinæ maiestatis in C H R I S T O felicissime ualens, Argen-
 torati, VI, Februarij, Anno M. D. XXXI.

Celsit, T. obsequentis.

Ioannes Schottus, librarius
 Argentoratē.

* Soli DEO gloria. *

5

CELLVCHASEM ELIMITHAR, filij
Hahadum, filij Ducellani, Medici de Baldath

TACVINI SANITATIS,

De sex Rebus quæ sunt necessariae cui-
libet homini, ad quotidianam
conseruationem Sanita-
tis suæ, cū suis Re-
ctificationi-
bus & Operationibus.



PRIMA SANITATIS CVRA,
est præparatio Aeris, qui cor contingit. Secunda,
rectificatio Cibi & Potus. Tertia, rectificatio Mo-
tus, & Quietis. Quarta, prohibitio Corporis a
Somno, & a Vigilijis multis. Quinta, rectificatio laxationis, & constricti-
onis Humõrum. Sexta, Regulatio personæ in moderatione Gaudij, Iræ,
Timoris & angustia. His enim modis æqualitatis erit conseruatio sani-
tatis: & remotio istorum sex ab hac æqualitate, facit ægritudinem, Deo
permittente glorioso, & altissimo. Et sub quolibet horum genere, sunt
plures species, & plurimum necessariae, quarum dicemus naturas, si Deo
placuerit. Dicemus etiam Electiones conuenientes cuiuslibet, secundū cõ-
plexionem, & ætatem ipsius. Et hæc omnia ponemus in Tabulis: eo q̃
multiloquia Sapien-
tium quandoq̃ fastidiunt auditores, & diuersitas mul-
torum librorum oppositorum. Homines enim nolunt de scientijs, nisi iu-
uamenta: non probationes, sed diffinitiones. Ideo intentio nostra in hoc
libro est, abbreviare sermones prolixos, & aggregare modos diuersorum
uerborum. Attamen nostri propositi est, non recedere a consilijs ante-
cessinrum ueridicorum. In hoc autem libro, nihil possumus a nobis, nisi
ordinationes, compilationes, & Abbreviationes interrogantium, & in-
ductiones pro bono, ad fortificandam uirtutem uerborum. Nec uolu-
mus sequi uoluntates hominum, secundum diuersitatem intellectus opi-
nionum ipsorum. Inuocamus itaq̃ auxiliũ Dei, ut rectificet intellectũ
nostrum. cum humana natura uix excludatur a fallacijs, & tota uariatio
nostra est iuxta moderatam nostram intentionem, Ad quod **D O M I-
NVS DEVS** nos confortet, & auxilietur iuxta beneplacitum suũ.

H O M O apud omnes Philosophos in plurib. modis suis, a similitudine
dispositionibus Lunæ. Quia sicut Luna dispositiones habet, quibus de-
struitur sua natura apud nos, utpote per Eclipsim: & habet dispositio-
nes quib. cõpletur sua natura, sicut in oppositione, seu plenilunio: & dis-
positionem quæ ad immutationem procedens, postmodum completur,
ut cum egreditur a Coniunctione seu Semilunio, uadens ad Oppositum
seu Pleniluniũ: & per aliũ modum, cū incipit ab Oppositione, & termi-
natur ad Coniunctionem. Et sic accidit Corpori. Quædam enim ipsum
corrumpunt, sicut Venenũ. Quædam regunt ipsum, sicut Cibus. Quæ

Aer. 1.
Cibus & Po-
tus. 2.
Motus &
Quies. 3.
Somnus &
Vigilia. 4.
Humor. 5.
Affectus. 6.

Libri summa,
& ordo.

Candida ad
Deum inuo-
catio.

Homo Lunæ
assimilatur.

Adaptatio si-
militudinis.

A 3

dam incipiunt corrumpere, & finaliter iuuant, sicut Medicina. Et alia incipiunt iuuare, & postmodum corrumpunt, sicut Medicina quæ est Cibibus. Propterea necessarium est, scire Iuuamenta rerum ad operandum: & Nocumenta, ad præcauendum. Homo enim debet sibi cauere a re quæ nocuit. Et ob hoc DEVS omnipotens docuit bonam uitam, ad profecquendum, & malam, ad præfugiendum.

Incipio cum DEI auxilio, & compono Tabulas, continentes Cibos et Potus, & alias res, necessarias circa ipsos: sicut ordinabo in suis circulis: ad hoc, quod sit compendiosum Regibus, & Dominis, conspiciere in ipsis. Sunt enim usi habere Tacuinos, quibus assimilatur hoc opus. Et diuidam Tabulas ipsas per Domos. In prima domo, ponam Numerum, qui est in extremo circuli, in quo res illa continetur. In secunda domo, Nomen illius rei. In tertia domo, Naturam suam. In quarta domo Gradum eius. In quinta, Melius illius speciei. In sexta, Iuuamentum. In septima Nocumentum. In octaua Remotionem Nocumeti. In nona Humorem qui generatur ex ea. Et consequenter in alijs quatuor Domib. conuenientias eius, secundum Complexiones, Aetates, Tempora anni, et naturas Regionum. In domo. 12. opiniones hominum in ea. In domo uero. 15. Electiones, & proprietates. Deinde faciam loca Simplicium, & Canones uniuersales in genere illius de quo loquimur. Et in Rubrica primi marginis de genere, seu specie illorum, quæ continentur in margine, etiã iuxta quod dixerunt Astrologi de illo. Et ante hoc ordinabo Circulum, & aggregabimus omnia, de quibus locuturi sumus, & sermones eorum quos uidimus.

Primo incipiemus de Cibis simpliciter. Deinde de unoquoque genere reliquarum sex Rerum non Naturalium, secundum ordinationem & consuetudinem Gentium, quibus utuntur in comestione, potatione, & alijs, in suis cameris. Et restituemus numerum Graduum, more Indorum. Et scribemus loco & uice nominum Philosophorum, literam unam æquipollentem toti dictioni. Quæ narrabimus in ultimo Libri huius, cum auxilio

A L T I S S I M I.

ORDO ET EXPLICATIO PLANI

nior Domorum in Tacuinos sequentes.

PRIMA Domus continebit Numerum distinctionum, & Capita Libri, Regesto Operis inseruiens. Secunda, Rerum Nomina quæ desyderantur. Tertia, earundem Naturas. Quarta, Rerum Gradus. Quinta, Melius ex eisdem Rebus specificè monstrat. Sexta, Iuuamentum per eandem Res. Septima, Nocumentum earum. Octaua, Nocumeti remotionem. Nona, Humorem qui ex eis generatur. Decima, Complexiones, quibus Res illæ conueniant. Undecima, cuiusnam Aetati. Duodecima, Tempora anni quibus præsent. Decimatertia, Regionem in quibus, & ubi deligendæ. Decimaquarta, Philosophorum opiniones circa earum naturas & operationes. Decimaquinta, Electiones & proprietates dictarum Rerum. Adiuuctis passim Astrologorum prognosticis.

DOMVS uero Sextadecima, quia pugillo claudi non potest, Canones habet uniuersales de generibus & speciebus Rerum quas Lector quærit. Et id quidem copiosius in principio Libri, ante Tacuinorum formationes. Atque hæc Summa Operis.

Tacuini in gratiam Magnatum commpositus.

Hæc Domus erit Sextadecima, Tacuinos præcedens, singulis tamẽ suo numero, suos subordinans Canones.

Apparet Autorem fuisse Indum.

C D O M V S S E X T A D E E
 cima, Tacuinorum omnium continens C A
 N O N E S introductorios.

C A N O N P R I M V S D E S A P O
 rum & Odorum iudicijs, & Ciborum substantijs.

C A N O N E S, quibus noscuntur naturæ Ciborum, sunt qua-
 tuor. Primus est semita Rationis: eo quod Ratio ostendit eorum Num-
 rum, mediantibus Saporibus. Et ex receptione Odorum per membra. Et
 uelocitate Digestionis. Et ratione ipsorum Substantiæ.

Sapores uero simplices sunt octo. scilicet. Amarus, qui est in fine cali-
 ditatis: propter quod abradit linguam, & incendit. Acutus uero est mi-
 noris caliditatis, propter quod linguam lauat. Salsus autem est adhuc mi-
 noris caliditatis, operans in lingua acuitatem. Stipticus, est in fine frigi-
 ditatis, adunans linguam, & exasperans. Ponticus uero minoris frigidit-
 atis, & adunationis. Acetosus autem minoris frigiditatis adhuc, operans
 acuitatem linguæ. Dulcis, uniens pure, nec enim est calidus separans lin-
 guam, nec est frigidus adunans, sed est temperatus: & hoc inest ei acci-
 dentaliter, eo quod medium inest ei naturaliter per se, propter quod linguæ
 efficit leuitatem tantum. Vinctuosus est minoris temperantiæ. Et istinc
 trahuntur Gradus. Nam ea quæ adunant linguam ultima adunatione, sunt
 in quarto: & quæ e contrario, in primo. Quæ uero media sunt, si propin-
 quiora primo sunt, in secundo: si quarto, in tertio. Et similiter accidit de his,
 quæ caliditate separant linguam. Odores uero Suaues membra recipiunt,
 & digerunt: uerum ipsorum caliditas minor est intensis Aromaticis. Hor-
 ribiles uero e contrario. Ratione substantiæ. Nam substantia Cibi, quando
 fuerit spissa, uel grauis, dura, uiscosa, seu grossa, est difficilis digestionis:
 uerum quando digeritur, nutrit multum, et generat opilationem. Si uero
 leuis fuerit, laxat: rara, mollis, uel subtilis, e contrario. Verum subtilis, aut
 est Calida, sicut in Acuto: aut Frigida, sicut in Aceto. Et grossa similiter
 possibile est quod sit calida & frigida: eo quod non est omne subtile calidum,
 nec omne grossum frigidum.

C A N O N S E C V N D V S D E
 Qualitatibus Ciborum simplicium.

C A N O N Secundus, ad demonstrandas Ciborum qualitates sim-
 plices, quantitates & uirtutes ipsorum, per experientiam: quæ conueni-
 entior est ratione, eo quod accipitur ab operatione substantiæ cibi in cor-
 pore: & maxime, cum Ratio excludat a saporum numero insipidum. Et
 quilibet cibus intrans corpus, impossibile est quod qualitate careat, quæ
 operetur. Quæ si in ultimitate fuerit, iudicatur in quarto gradu: et si in op-
 positione ultimitatis illius, iudicatur in primo. Et quæ est inter utrosque,
 si est prope quartum, dicitur tertius: & si est prope primum, dicitur secun-
 dus. Igitur quælibet qualitas erit generaliter inter quatuor gradus. Quo-
 rum cuilibet distinguitur, Principium, Finis, & Medium estimatione. Vel

Sapores octo
 Amarus.

Acutus.

Salsus.

Stipticus.

Ponticus.

Acetosus.

Dulcis.

Vinctuosus.

Gradus.

Odores.

Cibi substan-
 tia.

Ciborum sim-
 plicium qua-
 litates.

Cibus dupli-
ter cōpositus.

dicemus, ut multi dixerunt, status esse infinitos. Et in hac distinctione fuerunt multæ diuersitates inter antiquos, in naturis Ciborum iuuantium: eo quod non inuenerunt partem temperatā, cui proportionetur: nec inuenerunt noticiam, seu metam qualitatis assumendam ab illa. quia cibus qui est debilis caliditatis conditur: ex contrario, multam facit operatiōem cibus fortis caliditatis. Et hæc uia subtilis, facilis est ad comprehendendum, si cibus esset simplex. Sed quia plures ciborum sunt compositi, uel naturaliter, sicut compositum est mel ex dulci & acuto: & melongiane ex insipido, amaro & acuto: aut artificialiter, sicut syrupus de speciebus diuersis simplicibus, & nos oportet ad præfens facere Canonem de naturis compositorum.

C A N O N T E R T I V S D E

naturis Ciborum Compositorum.

Fortis, Zibire-
bergi.

Assipitium.

C A N O N Tertius in noticia naturarum Compositorum, sic perficitur. Postquā peruenimus ad naturas simplicium, & gradus ipsorum cum ratione & experientia, demum ordinabimus naturam caliditatis in oppositum frigiditatis, & humiditatis in oppositum siccitatis. Qui si adæquetur in aliquo, iudicabimus illud temperatū. sicut Ziribeyti dulcis, alias Ziribelgi dulcis, id est, cibus factus de carnibus, speciebus, & melle, seu saccharo: & dicitur latine Assipitium sine aceto. Fit etiam Assipitium cum prædictis ex aceto. Et si alterum excedat, iudicabimus secundum naturam dominantis. Et si compositum fuerit ex similibus, sicut de duobus calidis, quorum unum fuerit in primo gradu, & reliquum in tertio, iudicabitur oppositum.

C A N O N Q V A R T V S D E

iuuamentis & nocumentis Ciborum.

Iudicium Ci-
borum iuxta
Sapores.

C A N O N Quartus ad declaranda Iuuamenta, & Nocumenta Ciborum, & ad auferenda ipsa Nocumenta, ratione & experientia, per ratiocinationē. Quia Dulcis inducit sitim sua caliditate, generās choleram sua conuersione: & laxat mundificatione sua, & facit opilationem multitudinis nutrimenti ipsius, cum membra multum ex eo recipiant. Acetosus reprimat choleram, generās uentositatem frigiditate sua: & nocet neruis, & uisceribus, subtilitate sua. Et ualde penetrat in profundum, et debilius est Pontico in frigiditate, & operatur operatione simili autumno. Salsus mundificat flegma, inducens sitim caliditate sua, & desiccans sua siccitate, & per eas exasperat pectus. & est debilius Amaro, in omnibus operationibus suis. Vnctuosus est plurimi nutrimenti, corrumpens, uel fastidians stomachum, faciens lubricam egestionē, multa humiditate sua: & est minor Dulci in sua temperantia. Suptricus linguā exasperat, & pectus, uentrem stringit, & confortat appetitum sua frigiditate. Ponticus debilius est eorum in omnibus operationibus suis. Amarus scindi. & abradit linguā, multa caliditate sua: et est pauci nutrimenti, sua siccitate, Mollificat naturā, & deponit flegma caliditate & siccitate sua. Acidus cōparatione Amari

est debilior in omnibus operationibus suis. Insiptidus infrigidat.

C A N O N Q V I N T V S, D E

rectificatione Nutrimenti, & remotione nocimenti Ciborum.

CE R T I F I C A T I O Nutrimenti, fit unius sapore per aliū. Nam dulce, & acetosum, alter alterius remouet nocimentum. Acetosum enim rectificatur per salsum: & e contrario. Salsum & Vnctuosum unūquodq; per alterum ipsorū rectificatur. Stipticum cum Vnctuosum, siue Dulci rectificatur, & ipsa per Stipticum. Et Amarum aufert opilationē factam ex Dulci: et e contrario. Ex his tamen non complete soluitur dubietas, de remotione nocimenti, sed est necesse declarare huiusmodi per experientiam, quam sensibilis operatio similiter manifestat. Et patet aperte per pulsus, anhelitum, uel tactum: quia caliditatem faciens, calidum est: et e contrario. Et his adhæret Medicus. Philosophus autem considerat, qd quod liber animal, & quodlibet uegetabile, uirtute nutritiua priuatū, est mortuum, & mortuum frigidum & siccum: etiam si stinchus, seu balsamus. Sic & quodlibet aliud, seu uegetabile, in quo inuenitur uirtus illa, est uiuum: & uiuum calidum est & humidum: etiam si papauer niger sit, seu piscis Bonch, id est, trautula.

C A N O N S E X T V S, P R I N

cipia quædam generalia tradit circa Ciborum operationes.

PR I N C I P I A ordinata in hoc libro. Primū dicitur esse de cibis qui sunt calidi, quando sunt magis calefacientes corpore temperato: et e conuerso in frigidis. Secundū. Consultitur corpori sano, duobus modis conseruando scilicet sanitatē eius, cum similibus, uel * restituendo ipsum ad temperandum cum contrarijs. Tertium. Quando cibus est calidus & humidus, quod generatur ex eo, erit sanguis: & ob hoc erit iuuatiuus cōplexionibus & regionibus frigidis, & ætati decrepitæ, & tempori autumnali. Quartum. Quod temperatum est in caliditate, temperatum est in frigiditate: et similiter, quod temperatum est in siccitate, est temperatū in humiditate. Quintum. Quando excedit cuiusq; caliditas, deficit frigiditas: et e conuerso. Sextum. Dicitur res temperata, uel distemperata, quando est in aliqua qualitate temperata, & in aliqua distemperata. et similiter dicitur de iuuamento & inconuenibili. Septimū. Calidum cum sicco est intensius, et cum humido remissius. Octauū. Cibus humidus potest esse siccus, comparatione sui, sicut pisces: et e conuerso. Nonū. Temperatū in digestionem, temperatū in quantitate. quia scdm hoc corium porci ui datur esse magis digestibile carne. Decimum. Præparanda calida cum calidis, quando alterū ipsorum debilius est altero, et minoris caliditatis.

* alias, restatando.

C A N O N S E P T I M V S, D E

Fructibus in genere. Ad Tacuinum 1. 2. 3. 4.

OP O R T E T nos etiam inuestigare Canones proprios, dicentes: quod fructus omnes generant corrosiones & febres autumnales. Et acced

tosus ipforum nocet neruis, extingvens caliditatem sanguinis: & iuuat illos, qui sunt calidæ complexionis: nisi conuertantur, sicut Grisomala. Et stiptici ex eis ante cibum stringunt, & laxant post cibum, sicut Citonia. Et aquatici ex eis prouocant urinam, sicut Melones: & reprimuntur ex fructibus dulcibus cum acetoso: & econuerso. Et ex eis qui est maturus & dulcoratus, est melior: & ex eis qui potest conseruari, & non corrumpitur, est melior eo, qui corrumpitur: & ex eis, qui postquam collectus fuerit, morari poterit aliquandiu, donec deficcetur, ad hoc ut elongetur a suis uirtutibus naturalibus, est melior eo, qui comeditur tempore quo colligitur. Et qui uelocis est descensionis, est melior eo, qui tardæ, nam diu morans cum corpore in stomacho, efficit operationem toxici. Et eius qui est tardæ descensionis, sua grossicie & duricie, ultime tur comestio. Et eius qui in stomacho est non mali chimi, aut uelocis descensionis seu conuersionis, econuerso. Et grossus conuenientior est, ut sit hyemali tempore comedendus: quia caliditas in hyeme profundatur in corpore, & econuerso in æstate.

C A N O N C C T A V V S, D E

Fruentis & Seminibus. Ad Tac. 5.

Fruentia.

GALENVS dicit, q̄ in quibusdam annis, ex malicia temporis, mixtum fuit inuentum Lolium frumento: & accidit, quod cum comedebatur panis factus ex eo, fiebat soda: & in principio æstatis superuenit multus bothor, & accidentia sanguinea. Et propterea debent mundificari grana frumentis, ab omnibus rebus alijs diuersis ab eis. Ex granis autem melius est, quando decoctione sua uelocius ingrossatur, & quorum modica quantitas multum nutrit. Et cognoscitur hoc mensura & pondere ipsius, & ex quantitate farinae, quæ egreditur post molituram ipsius. Et quodlibet Semen non completum, est humidius completo. Est autem quodlibet semen leuius, calidius, & magis subtiliatuum planta, uel herba, a qua habet originem. ut semen Papaueris, quod est minoris frigiditatis folijs suis. Et quædam semina comeduntur, exceptis folijs & herba eorum. Et quædam comeduntur cum herba tota. Et quædam econtrario. Et ex granis cum torrefiunt, quod torrefactum fuerit, & exterius superficiale leuius fuerit, est melius reliquo torrefacto. Per torrefactionem aufertur inflatio eius, & uentositas ipsius, & difficilem facit digestionem ipsius, & * multum facit nutrimentum.

alias, nocet nutrimentum eius.

C A N O N N O N V S T E R

ræ, & uegetabilium comparationem docet.

ET CONSIDERANDUM est, q̄ terræ ad uegetabilia se habent sicut regiones ad animalia. eo q̄ non quælibet terra, cuiuslibet uegetabili conuenit. Et in hoc est, q̄ inuenitur Balsamum in quodam loco terræ Aegypti, & in alijs contrarijs non. Et spina Aegyptiaca, id est, planta faciens generari, Arabiæ erat comestibilis: & cum ducta fuit in Persidem, & plan-

tata effecta fuit toxicum mortale. Et quidam Medici opinantur, quod Lolium sit frumentum, conuersum ex malicia terrae per multos annos.

CANON DECIMVS, DE LEG

guminibus, & Philosophorum circa Seminum naturas placita. Ad Tacuinum 6.

MELIUS ex Leguminibus est, quod pertransit sex menses, usque ad annum: & quod ultra pertransit, est minoris nutrimenti, & facillioris digestionis est: eo quod non pertransit. Et sicut inuestigamus de tempore granorum ipsorum, sic inuestigare uolumus de magnitudine ipsorum. Nam semina quae magnitudinem naturalem pertranseunt, & sunt humecta & inflata, habent humiditatem superfluam: quae debent conseruari in loco arido, usquequo arefiant. Veritatem cum superfluunt in uetustate ultima, fit, quod ex uetustate farinae egrediatur simile: & maxime quando non flat uentus septentrionalis, nec miscentur, Cum miscentur, fiat per res desiccantes humiditatem, sicut menthastrum. Et philosophi opinantur, quod Semina omnia calida sunt & humida, sicut sperma, et quod sint sicut materiae, & essentiae plantarum, quod est principium generationis. Et dicunt pro causa, quod quaedam plantarum sunt multorum seminum: sicut Sesamum est: eo quod sunt debilioris naturae. Nam illorum quae sunt debilis naturae, natura multiplicat numerum seminis: ut sit multiplicatio ipsorum, loco uirtutis: & ob hoc sunt animalibus debilibus multa membra, quibus datae & ordinatae fuerunt uirtutes. Et causa: quod multa semina diuisa sunt in duas partes: ut cum in terra corrumpitur una, altera remaneat. Et ideo fuerunt ordinata quaedam membra & organa sensuum duplicia, sicut Oculi, Aures, Testiculi. Et Autores librorum Agriculturae, dicunt: quod semina uelocius corruptibilia, sunt illa, quae seminantur die Australi. In alio, Meridionali. Et quod dicitur de noticia seminum saluandorum anno quolibet, habetur ex hoc: quia si semina seminantur in Septembri, & bene pullulant, significatur, quod bene conseruabuntur in illo anno: & conuerso. Et ex Canone generali procedit, quod quodlibet semen quod in sua decoctione non crescit, est malum.

Legumina
meliora.

*

Semina.

CANON VNDECIMVS, DE

Panis natura, & uarietate. Ad Tacuinum 7.

PANIS est temperatae caliditatis: cuius est desiderium, recipere omnes sapores conuenientes cuilibet complexionis. Et melius ex eo est, cuius frumentum bonum existit, & fermentum eius moderatum, cuius aqua & sal sint quantitate conuenienti, & ignis temperatus, agens in superficie & profundo ipsius. Hip. Cum talis fuerit panis, est plurimi nutrimenti, bonae digestionis, facilis descensionis. Et panis diuersatur. Nam alius est, qui conficitur cum aqua & farina: & est plurimi nutrimenti. Alius

Panis natura.

alias, inci-
dentes.

est, in cuius confectione miscetur oleum : qui est difficilior ad digerendum, & peior ad descendendum. Alius est, cui admiscetur papauer : qui ualet ad prouocandum somnum. Alius est, cui admiscetur ciminum magnum, & ciminum comune : ad remouendum uentositatem ipsius. Et ex eo alius est, qui comeditur ualde calidus : cuius digestio est ualde uelocior, descensio tardior, & nutrimentum amplius. Et ex eo alius est, qui frigidus comeditur : cuius digestio est tardior, nutrimentum modicum, transitus uelocior : propterea, quia superficies eius infrigidatur & spissatur, & a profundo caliditate sua dissoluitur uapor : qui dum mouetur uersus superficiem, non inueniens transitum, reuertitur : & obuiando alij uapori, cum eo reuertitur : & erit de ipso ratio ut de primo : & sic reuertendo * incedentes, accidit huiusmodi motu uiscositas & inflatio, prohibentes humectationem, nec stomachus poterit ipsum superare. Io. & Ra. uidentur contrarium huius, laudantes quod comedebatur in fine secundae diei postquam confectus fuerit, & maxime fermentatus. Et noticia eius habetur ex hoc : quia cum ponitur in aquam, quod descendit inferius, est azimus : & econtrario fermentatus : & si in medio natauerit, erit medium inter azimum & fermentatum. Et causa in hoc est : quia fermentum est subtile : in quo est acetositas corrupta, quae induxit in eo parum caliditatis, & multum aereitatis : propter quod panis factus est spongiosus, & supernatans, cum non habeat in se uerberationes, motus, confricationes, & uiscositates.

C A N O N D V O D E C I M V S,

De Oleribus. Ad Tacuinum 8. 9.

Olerum natura & operatio.

CAUSSA QVARE praemittantur Olera in comestionibus, est, quia sunt subtiliatiua, sicut fructus : & generant omnia uentositatem, & inflationem, & decrepitis colicam, & malam digestionem. Nisi sit aliquod acutum ex eis, sicut Origanum recens, & Nasturtium, quae deficiunt ab hac operatione. Et sunt iuuatiua illis quibus dantur pro cibis. Et plurimum ex eis, nutrit nutrimento modico. Sed sanguis, qui generatur ex eis omnibus, est modicus, subtilis, & aquosus, & malus. Et quidam ex antiquis dixerunt, quod ex centum drachmis Olerum, generatur minus decem drachmis sanguinis & carnis : & econuerso. Et frigida & humida ex eis conferunt iuuenibus, & complexionem habentibus calidam. sicut Lactucae, Scariolae hortulanae. Item ex Oleribus, syluestria sunt fortioris siccitatis, & peioris nutrimenti. Et minus mala inter haec sunt Lactucae, deinde Molachiae, & postmodum Atriplicis, & de hinc Portulacae, & Bletones. Et de quibusdam Oleribus plus nutrimenti est in folijs. sicut Lactucae. Et de quibusdam in radicibus. sicut Radices, seu Raphani, Rapae, & Bletae. Et cuiuslibet terrae nascentis, cuius comeditur radix, semen eius impossibile est quod sine periculo comedatur, sicut Lactucae. Et econuerso : sicut Citrulli, Cucumeres. Et plures ROMANI comedunt Olera, seu herbas

crudas post cibum, & non nocet eis: & hoc aut propter malam consuetudinem in ordinatione ciborum: uel quia fundus stomachi sua caliditate comburit ipsa, & orificium sua infrigidatione digerit.

C A N O N T R E D E C I M V S .

De uarijs Speciebus, & earum preparatione ad decoctionem.

EX S P E C I E B V S quædam sunt de Terrænascentibus: quædam ex Animalibus. De terrænascentibus quædam sunt fructus, sicut piper, oliua: quædam flores, sicut crocus. Quædam sunt semina, sicut ciminū & coriandrum. Et quædam olera, sicut Bleta, & Spinachia. Et quædam radices, sicut rapæ, et pastinacæ. Et quædam olea, sicut sesaminum. Et quædam sunt succus, sicut acetum, & succus agrestæ. Et quædam ligna, sicut cinnamomū, & zinziber. Et quædam sunt de superfluitatib. animalium, sicut mel: * & quædam alia eius generis multa. De istis plurimum dicemus in tractatu fructuum, olerum, & confectorum, cum acetosis, et speciebus ciborum secundæ Mensæ, et Chalde, & huiusmodi: & quando dicemus de caseo qui fit ex lacte, dicemus de oliuis: & quando dicemus de carnibus salitis siccis, in secundo capitulo Carnium, dicemus de sale: & quando dicemus de acetosis, dicemus de aceto: & hæc omnia ordinata sunt loco suo, quorum partitio uel capitulatio manifeste adparet. Canon in preparatione speciatorum, & adpositione rerum & siccorum fructuum de terrænascentibus ponantur in decoctione prius quàm dantur, sicut radices. Deinde quæ sunt leuis decoctionis, sicut olera. Et de seminib. aromaticis, quod est, ex eis siccū, ponitur in principio decoctionis: & econuerso. Nec multiplicetur in cibis qui comeduntur infrigidantibus: quia exinde corrumpuntur. Et ex succis fructuum præcedant acetosa in decoctione. Dulcia uero & stiptica postponantur: ne tibi amari fiant. Iudicatur enim quodlibet a re uincente in ipso, cum remissione quadam: propter res alias quæ miscentur in ipso, sicut * Alkipitium per acetū, & cibus preparatus cum Muri, ubi ferculum fuerit diuersarum naturarū temperate compositum, sicut zinziber dulcæ. Et si ferculum fuerit diuersarum naturarū, erit temperatū, sicut * zibergi recens, id est cibus, qui fit cum carnibus & melle. Et hoc totum ordinatum est in Canone Quarto. Et diuiditur. Quia quoddam fit ex aqua piscium, quod inducit humores. Et quoddam fit ex farina similia, quod sit modicæ caliditatis, bonum efficiens saporem in cibis. Et quoddam fit ex farina ordæi, quod est calidum in primo, siccum in secundo, laxatiuum uentris.

C A N O N Q V A R T V S D E

Acetosis. Ad Tacuinum .10.

AC E T A T A generaliter obsunt neruis, pectori, intestinis, & coeli, & extinguunt choleram, & sanguinem, & inducunt flegma, & conferunt habentibus complexionem calidas, in temporibus, & regionibus calidis. Et caliditatem eorum cum aceto preparatorum, minuit acetum, & humidorum minuit humiditatem, & grossorum grossiciem. Et grossa

Specierum
Species.

non nisi
propriè

Alias, Et quædam
dam ramæ, ut
stibes.

Speciatorum
admiratio.

non nisi
mubis

liberæ

Forte Alki-
pitium.

alias, Zibergi.
bergi. supra
fol. 9.

Acetata.

sunt ex cibus stomachorum calidorum, & hyemalium: subtilia uero e contrario. Et preparatorum cum aceto, quaedam conseruantur tempore ad tempus, ut Melongianæ, & Rapæ. Et quaedam non conseruantur, sicut caules ouati, & his similia. Sed Canon est, q, omnia quæ conseruari debent, & durare, carnes sint, uel aliud: si niue conseruabuntur, efficiuntur mollia, & tenera: sed melle præstatur eis cum humiditate caliditas, sed uino præstatur caliditas & siccitas, sed aceto frigiditas, sed sale præstatur caliditas & siccitas multa.

Speculum
Fides

CANON QUINTVS DE CI

mus, Deimpropræ Acetosis. Ad Tacuinum 11.

Acetata non proprie.

Alia Epidem
dam tam ne
liber

COCTA Olerà improprie acetata sunt. Cibi qui fiunt specialiter uolentibus subtiliare complexionem: & illis qui indigent cibo multo, modico nutriente: & etiam illis, qui tolerare non possunt cibaria grossa, sicut carnes: siue accidat ex natura hoc, siue ex morbo, siue in quem ueretur incidere, siue eo quod iam inciderit: uel quia utuntur cibus ipsis causa religionis: uel quia timetur de Anno acuto, & pestilentiali, quo etiam moriuntur Animalia: & iuxta unumquodq; ipsorum, uel istorum cibi prædicti diuersimode præparantur. Quandoque cum succis fructuum præparantur, ad ingrossandum humores subtiles, & ad infrigidandum complexionem inflammatas, & calidas. Et quandoq; præparantur cum synapi, ad * incendendum humores grossos: cū muria & pipere, ad calefaciendum complexionem frigidas: & cum succo Lemoncellorum, ad confortandum stomachum, & excitandum appetitum. G. dixit multum usus sui, ad curandum habentes splenem grossum, opilationem hepatis, et principium epistemiæ, cum regimine subtiliationis. Et secundum rationem cibi acetati & præparati cum speciebus, sunt cibi medicinales, cū corpus non nutritur multum ex eis. Et cibus medicinalis, est cibi habens in se uirtutem, quam natura refugit, sicut sunt allia, & synapis. Et melius cibalis est medicina, habens in se uirtutem aliquam nutritiuam, quam recipit natura, sicut Scuthus, & Cumabari.

Speculum
bis in libro

alias, incidendum.

Cibus medicinalis.

Cibalis medicina.

Alia Epidem
dam tam ne
liber

CANON SEXTVS DE CI

mus, De cibarijs Suffrixatis & Frixis, Butyro, Coluftra, Lacte & Ouis. Ad Tacuinum 12.

Sulcius.
Galatina.
Asfipitium.

CIBARIA Suffrixa, & Frixa, sunt iuuatiua habentibus in stomacho flegma, & humiditates: uel timentibus incurrere malam complexionem humidam. Quæ diuiduntur. Nam ex illis sunt, quæ præparantur cum aceto, sicut Sulcius, Galatina, et Askipitiu cuius remota est unctuositas: quæ conferunt habentibus complexionem calidas, hepar calidum: et extinguunt inflammationem sanguinis & cholerae: et obsunt, quibus excedit melancholia, & neruis: et præparata cum lacte, faciunt uentositatem & colicam, et maxime, quando præparantur cum carnibus gallinarum, seu cucurbitis, et his similibus. Et lac nouiter mulsu, & aliquo tempore residens, et butyrum coctum, crudum, et coctum recens, & caseus recens, et

floricū, & coluftra, sunt uniuersaliter multi nutrimenti, & auferunt prurritum, & scabiem siccam, & impinguant corpus, & conferunt pectori. Butyrum crudum, minoris est caliditatis, quā butyrum coctū. Coluftra uero humidior est florico, uel caseo recēti. Lac coagulātū, acetosum, & lac simpliciter preparatum cum speciebus & oleribus, remittuntur a natura sua: & melius est lac, quod est intensae albedinis, boni odoris, et boni saporis, de quo cū stillatur gutta aliqua, remanet integra comprehensa, nec spargitur in eo. Et caussa est in hoc, quia lac est temperatū in caliditate, & humiditate: quia est sanguis completæ maturitatis: eo quod mammillæ conuertunt ipsum ad naturā suam: sicut conuertit cerebrum spiritū uitalem, & testiculi spermatis substantiā. Quia natura quādoq; facit calidum sanguinem in frigidum conuertit, ut fiat nutrimentum cerebri. Et quādoq; cibum subtilis substantiæ, facit conuertit, ut sit nutrimentū corporis grossi. sicut fit operatio cum lacte Asinino. Et caussa subtilitatis lactis asinini est: quia asina lactans, propter suam grossiciem, grossum ipsius retinet ad sui nutrimentum: quia conueniens est naturæ suæ, grosso cibo nutrirī, sicut asini, & qui nutriuntur * ex eo. Lac autem diuersatur secundum diuersitates, ex natura animalium, ætatum, temporum anni, pascuorum, & appropriationis, seu elongationis a partu. Et lac pascentium in campis, melius est lacte nutritorum in domo: & melius est lac Animalium pascentium herbam Scamoneæ, Glandes, & Sumach. Et lac Veris post partum animalium, mundificatione completa, est subtile: & in Aestate mediocre: deinde ingrossatur usq; ad tempora impregnationis: quibus & deficit lac. Et lac iuuenum animalium, est melius lacte senum. Et lac Vaccarum est grossius, & difficilioris descensionis, et magis naturā stringit, & est nutritibilis quolibet lacte. Lac uero Camelarum e contrario se habet. Sed lac Caprarum est mediocre inter utrunq;. Et lac Pecudum est medium inter lac Vaccinum, & Asininum. Et lac Asininum et Equarum, est mediocre inter lac Camelarum, & Caprarum. Lac uero Muliebre, est temperatius quolibet alio lacte: eo quod est superfluitas temperatioris animalis inter cætera. Oua uero recipiunt in se quædam animalia, quorum aliqua uolumus recitare delectationis caussa. Quæritur em̄. Quare ex omnibus Ouis, quæ uicissitudinarie mas & fœmina cubant, cum pulli fiunt ex eis, non incontinenti cibum ex se recipiunt, sed a patre, & matre cibantur: sicut pulli columbini: & ex omnibus alijs ouis, quæ solū fœmina cubat, licet sit ipsa debilis, & diminutæ caliditatis, pulli ex eis nascentes, incontinenti comedere incipiunt ex se: sicut pulli gallinacei, & phasianorum. Et quare mares non soli cubant oua, sicut fœminæ solæ inueniuntur cubantes: Et quare omne animal, non habens aures extra eminentes, ouat: & e contrario. Item Isaac dixit, in libro suo de Animalibus, ex uerbo Aristotelis, quod oua habentia duo uitella, geminos pullificant. Et dixit uerum: attamen unus est maior altero. Dixerunt etiam quidam, quod oua non pullificantia, sunt illa, quæ fiunt ex combinatione

Butyrum.
Coluftra.
Lac.

Lac asininum
subtilius.

alias; ex
grosso.

Lac uac-
carum.

Lac Mulie-
bre.

Oua.

Solutionē ho-
rum, uide a-
pud Aristote.
in Proble.

gallarum tantū: aut quia gallinæ ordinantur ad ouandum in cinere: uel quia acciderunt tonitrua tempore cubationis. Et oua habentia duo uitel^{la}, sunt uix pullificantia, & quæ fiunt in defectu lunæ. Et illa sunt ut plurimum pullificantia, quæ carent prædictis impedimentis.

C A N O N D E C I M V S S E P T I M U S

mus, De Carnium natura in genere, & Stomachi caliditate,
Deq; Carnibus porcinis. Ad Tac. 14.

CA R N E S sunt cibi multi nutrimenti, generantes sanguinē unctuosum, & sunt de cibis exercitantiū, et uirorum fortiū, et sanorum. Quæ diuersificantur secundū diuersitatem animalium in ætatibus, & temporibus, quibus reperiuntur locis, & eorū pascuis, modis decoctionum, & assationum ipsarū, post interfectionē, & repositionem ipsarū. Nam propinquiores infantia, sunt humidiores senibus, & domesticæ sunt humidiores syluestribus, & uernales humidiores autumnalibus, & carnosæ sunt pluris nutrimenti, & tardioris descensionis pinguibus, et pingues meliores masculentis, & castratæ non castratis sunt * meliores. Et cuiuslibet animalis humidi, masculus est melior q̄m fœmina: et e contrario. Et animalis cuiuslibet sicci, quanto iuniores, tanto * meliores. sicut uituli: & e contrario. sicut arietis. Et carnes, quæ non diu steterūt post interfectionē. Et illæ quæ auferuntur ex aquis de piscibus, quæ non peruenerūt ad ultimū senectutis, uel corruptionis corporis, sunt melioris digestionis, q̄m recentēs, in stomachis præparatis. Et animalium statim interfectorum carnes, sunt magis cōuenientes stomachis calidis, sicut Turcarū et Sclauorū. Et caliditas stomachi, aut est per naturā, aut secundum naturā: ut stomachis inflāmatīs. Aut est secundū accidens. sicut accidit, quādo foramen furculi ueniētis a felle ad stomachū, est amplius illo quod incedit ad intestinū duodenū, propter quod cholera cibū comburit. Aut ex operatione exteriori. sicut accidit illi, qui imponit stomacho suo, prauē inquietans uentrē. Aut ex profunda tione caliditatis. sicut accidit stomachis in hyeme. Aut propter fundū stomachi, qui est multæ carnositatis, & fortis caliditatis. Rasis dicit, quod tēperiores ex carnib. si esset a Lege statutū, sunt carnes porcine. Et Gal. narrauit, q̄ sunt similiores humanis: eo q̄d quibusdā ministratæ fuerunt carnes humanæ, nec poterunt discernere inter eas, & porcinas diuersitatē in odore, seu sapore: propter ipsarū similitudinē. Et ex hoc Canone dicimus, q̄ meliores ex carnibus sunt, non propinquæ natiuitati: eo q̄d sunt multarum humiditātū & muscilaginū: nec longinquæ a natiuitate: quia sunt multæ siccitatis & grossæ. Nam illæ sunt non bonæ, propter uelocitatē descensionis, et modicū nutrimenti ipsarū: et istæ, propter tarditatē, et residentia ipsarum. Sed debent esse mediocres inter has: & maxime cum ipsarū animal est sanū in tempore tēperato, & pascuis affluentibus, & domesticū, utens motu tēperato, et motu a loco pascuorū suorū per seipsum reuertatur ad eundē. Ex quo cōuincitur, q̄ non sint herbæ illic necantes. Homo em̄ nouit quæ sunt cōuenientes animalibus herbæ. Et possibile est,

alias, humidiores.

alias, tēperiores.

Stomachi caliditas.

Lege, Domini per Mosen.

Carnes porcinæ.

quod alius natura, alterius nature conveniat, & alterius sit probatrix. Sicut Elleborus est conveniens coturnici, Iusquianus passeribus, crocus bobus, & hominibus temperatus panis, & carnes bene coctae. Nisi famefcant in stomacho ipsorum: quibus tunc convenientes carnes Camelinae, & panis azimus: et hoc propter vehementiam caliditatis ipsius. Quod si acefcant in eo, erit propter debilitatem, et frigiditatem ipsius. Sicut accidit Praedicatori cui dam, de quo narravit G. Ego tamen dico, quod hoc accidit, quod orificium stomachi sit uehementis frigiditatis, & fundus ipsius in ultimo caliditatis naturalis, inducit appetitum magnum, & digestionem bonam, & maxime, cum appetitiua, & digestiua fortes fuerint, & corpus magnum, & ferculorum foramina inter ipsum & fel exeuntia, fuerint larga, et tempus hyemale, & regio septentrionalis: & econuerso.

C A N O N D E C I M V S O C T A V S

uus, De Carnibus syluestrium animalium, grossis, & subtilibus. Ad Tacuinum 17.

DE CARNIBUS uenationum quadrupedum, syluestres sunt grossae multum, et sunt de cibis utentium exercitio. De carnibus uero auium, subtiles ex eis sunt, sicut phasianorum, & sunt de cibis conualescentium & quiescentium. Nec sunt convenientes utentibus exercitio, neque sanis, neque etiam habentibus stomachum calidum, & maxime habentibus corpora rara. eo quod corpora rara indigent cibo ad densandum: & densa econtra cibis subtilibus ad transeundum: et stomachi calidi indigent grossa substantia, ut non combinetur in ipsis. Et causa quare stomachus cum debilitate caliditatis, digerit corpora, quae mollis, digerere non potest, sicut ossa & cartilaginee, est: quia illa non habent digestiuae proprietatem, cuius causa corpus cibi per grossiciem eius subiiciatur corpori stomachi debilis, & humidus existens. Sicut corpus hominis subiicit uelocius puncturam scorpionis, quam subtilibus perforatoribus: & sicut subiiciunt corpora animalium puncturam uespere, muscarum, et cimum, cum nutriuntur ex eis: sicut locustae, seu galli operantur, ut cauda lapidem perforent, ubi semen initium conseruandum sit a frigore. Et huius uirtutis nutritiuae reperitur instrumentum in quibusdam bene completum, taliter, quod unus potest digerere, quantum plures non possunt comedere. sicut dicitur de filio Alleph, & alijs, quorum stomachus subiicit cibis, & mollescit in eis: sicut mollescit Adamas plumbo mediante sub mortello. Et operatur istorum nutritiua in cibis multum, sicut operatur ignis ex lignis multis, modicum cinerem, quia digerit uelociter. Et quaedam partes in uapores soluuntur, exeuntes per medium porum: & partes aliae educuntur per aliquem modum alium purgationis.

C A N O N D E C I M V S N O N U S

nus, De Piscium natura, & digestionem. Ad Tac. 17.

GALENVS dicit, quod Pisces sunt generaliter difficultis digestionis, generantes plurimum flegmatis, & sanguinem malum, & maxime illis, qui eis non utuntur, nisi calefactis, & illis qui uino non semper utuntur.

alias, lenis

*

Piscium natura.

Piscium delectus.

Diuerfantur tamen secundū ipsorum genera, loca, quantitatem & ipsorum cibum, & præparationem ipsorum: & plurimum de his diximus in ipsorum Tacuinorū capitulis. Meliores uero ex piscibus sunt saporosiores, & boni odoris, et modicæ uiscositatis, nutrimenti boni, pulchri coloris, et de quibus pluries reperiuntur in aquis currentibus supra terram lapidosam, quarum motus sunt uersus septentrionem: peiores uero e contrario. Et melius est, non potens eos digerere, ut quo comeduntur die, procuretur uomitus: & peius, cum comeduntur, & deinde potatur aqua niuosa. Et utilius quod fit, ad sitim mitigandam ex ipsorum comestione inductam, quæ fit ex eorum unctuositate uiscosa poris stomachi inuiscata, hoc est, quod studeat bibere antea modicum uinum purum: ut ad fundum stomachi descendant: deinde multoties utatur potu ipsius, ut uelox sit eorum descensio. Et illis qui non adhærent huic curæ, est utile peludith mellitum: post quorum comestionem non debet dormire, nisi digerantur. Et dixerunt quidam, quod causa, quare pisces sitim faciant, est, quia frigidi sunt & humidi: & omne simile, simile adpetit: & propter hoc aquam adpetit, unde prouenit sitis. Quia si res taliter se habet, quod scilicet frigidum & humidum appetunt sibi simile, sicut aqua niuem, & lactuca res abscondentes naturaliter sitim, erunt naturaliter prouocantes sitim, & nulli erit in hoc appetitus stomacha ratio, nec prodesset uinum in huiusmodi siti mitiganda.

C A N O N V I C E S I M V S,

De Carnibus membrorum Animalium, exteriorum & interiorum. Ad Tacuinum 18. 19.

Membrorum qualitates.

M E M B R A Animalium, assimilantur animalibus, quorum sunt membra, & diuerfantur iuxta diuersitates animalium ipsorum, & specierum earū. Et propterea capita arietum, humidiora sunt capitibus caprarum: & capita caprarum, humidiora sunt cerebris capreolorum. Et sic diuerfantur, secundū plus & minus, unūquodque tamen conuenit suo generi, Quia etiā corda diuerfantur: quæ generaliter calida sunt & sicca: eo quod sunt radix caloris naturalis in animalibus. Propter quod omnia membra propinqua cordi, sunt temperatiora, leuiora, digestibilia alijs quæ elongantur ab eo: quia nutriunt sanguinē quem cor & hepar decoxerunt. Et econuerso, membra quæ sunt a medietate umbilici, usque ad caudam. Et secundum hoc proportio erit. Quia membra quæ sunt dextri lateris, sunt meliora sinistris: eo quod sunt propinquiora hepatis. Et membra quæ sunt propinquiora dorso, per ipsorum motum, sunt meliora propinquis uentri, propter quietem ipsorum. Et membra, quæ sunt propinquiora superficiei corporis, quia proxima sunt aperturæ pororum, meliora sunt propinquis parti interioris corporis. Et carnes quæ adhærent ossibus, sunt saporosiores carnibus elongatis ab eis. Et medietas cartilaginum, melior est ipsarum extremitatibus, Ruffus dixit. Laudo sanitatem illius

corporis, cuius sensus nouit discernere inter hæc membra bonū a malo. Coci distinguunt inter hæc membra: licet ignorent caput esse locatum ad hoc, ut sit custos corporis: eo quod in ipso sunt quinque sensus, quibus per intellectum deliberatur inter bonum & malum. Et cor locatum est in medio corporis, ut aërem adtrahat sibi propinquiorem, obtemperans frigiditate ipsius caliditatem propriam, faciens eius subtilem spiritum, per quem distinguat quinque sensus, & ex eius grosso actus loquelæ, & uocis. Instrumenta uero nutrimenti locata sunt sub eo, ut sua caliditate iuuat ea ad digerendum, & festinet digestionem, & adiuuet gignitiuam, & ad educendum foetum, & ad expellendum superfluitates. Manus autem & pedes sunt instrumenta ad adquirendum, & ad fugiendum, & sunt arma ad pugnandum. Dentes uero deputati sunt ad incidendum cibos, molares ad molandum, lingua ad loquendum, isophagus ad descendendum, uenter ad digerendum, intestina ad stercus. Meseraycæ uero sunt uia, ad deferendum hepatis substantiam a stomacho ad hepar. Postquam autem decoquitur, conuertitur in quatuor substantias, sanguinem uidelicet, humorem aquosum, choleram, & melancholiam: ex qua Fel attrahit spumofum ipsius: Splen melancholiam residentem: Renes trahunt aquositatem cum ea commixtam. Demum remanet sanguis purus, qui reseruatur, ut corpus nutriat: cuius melius assimilant sibi testiculi. Benedicatur ergo DEVS, qui glorificauit hominem, statuens animalia uiua ad seruiendum ei, & mortua ad nutrimentum, & exaltauit illum inter alias creaturas, propter rationem ipsius: & ex pluribus non secuti sunt mandata DEI, nisi pauci, qui inspicientes mundum nihil esse, dimiserunt ipsum, & secuti sunt alium.

Ministeria
membrorum
hominis.

CANON VICESIMVS

primus, De officio Coci, & ferculorum uaria præparatione,
totiusq; Culinæ, cura. Ad Tacuinum 20.

ORDINATIONES, quas ordinauerunt Coci, dixerunt, quod salita & stiptica, debent prius elixari cum aqua dulci, & deinde præparantur. Amara uero, & acuta præparantur cum aceto: & acetosa cum salitis, & econuerso. Et insipida præparentur cum speciebus calidis & sale. Et carnes macræ cum unctuosis: quæ carnes macræ debent prius elixari, quæ præparari ad usum. Et assandas carnes ungere debes prius: quibus in assatione submitti debet uas, continens aquam recentem. Et si humidæ fuerint carnes, sic assentur, quæ humiditates propriæ remaneant in eis: quæ si siccæ fuerint, tamdiu assentur donec desiccantur. Sit tamē cautela, quod uasa non cooperiantur, quibus præparantur carnes syluestres. Nec occidenda sunt animalia ipso die, quo comederint allia, siue cepas: & si ferculum præparatum seruari debet in olla, lutetur creta coopertorium cum orificio ollæ. Debet etiā mundificari carnes a suis superfluitatibus antequam coquantur. Magni gladij taliter præparentur, quæ in rumpendis ossibus frustra non

Assata.

fiant minuta: parui uero acuantur, ut incidendo carnes non deuaftentur. Tabulæ uero ubi carnes & herbæ inciduntur, bene radantur. Habeatur etiam cultellus singularis, quo cepæ incidantur: nec cum cultello ipso, quo cepæ inciduntur, sed cum alio pulchro, & mundo panem incidas minutim, qui ponendus est in brodium. Quælibet etiam olla habere debet suum coclear, & coopertorium suum: & spumetur olla iugiter, & mundificentur labia seu latera ollæ ipsius, nec in eis fiat aliqua combustio: & si aliquid in eadem olla combustum appareat, charta bombicina madefacta applicetur loco prædicto. Et si oportuerit aquam addere, in ipsam ollam aspergatur, & non subito infundatur. Madefiant etiã labia ollæ assidue. Species, & Amigdalæ non pistentur in mortario unctiuoso. Herbæ etiam non pistentur in ruginoso mortario, a quibus debet haberi succus: & non ponantur in scutella. Fercula, nisi postquam sedabitur feruor ebullitionis ipsorum. Et lauet minister manus suas, priusquã scutellet cibum ipsum, fumigans manus suas post abluitionem cum fumo sandalorum: ut remoueat odor cepearum. Nec obliuiscatur, ante decoctionem ferculorum suffrixare carnes, cum speciebus & cepis. Et in hoc est totum negocium coquing. Dimittas etiam carnes grossas unã nocte manere ante decoctionem: deinde elixa eas cum aqua & sale, ad subtiliandum eas. Nec decoquas carnes post occisionem statim, nisi prius infrigidentur. Prohibetur etiam ferculorum decoctio cum lignis uiridibus: & est conueniens ignem efficere ex lignis, quæ non sunt malæ qualitatis. Et si uolueris celeriter excoqui carnes, Boracem in earum cocturam apponas, & in illis cera mittatur: ponantur in hæc uirgæ ficuum, & cortices melonum.

Lotio manuum
coci.

Ligna.

C A N O N V I C E S I M V S S E

cundus, Qua cura cibus sumendus, & quæ fercula, quibusque
de causis fugienda. Ad Tacuinum 21.

Prohibita ferculorum
mixtio.

OR D I N A T I O N E S meliorum de melioribus rebus, est non commiscere in comestione unius diei duo fercula calida, sicut pullos colubinos affos, & allia. Nec duo fercula frigida, sicut madira. i. carnes præparatas cum lacte acetoso, & massia, i. carnes præparatas cum sero. Nec etiã duo fercula uiscosa, sicut caseum, & pisces recentes. Nec duo cibaria conuertibilia, sicut griso mala, & melones. Nec duo cibaria inflatiua, sicut sunt olera & fructus. Nec duo fercula stiptica, sicut agrestia & fumachia. Nec duo cibaria grossa, sicut carnes salitas, & caseum ueterem. Nec etiam duo fluxibilia, sicut pinguedinem, & medullam. cuncta enim quæ diximus mala sunt, maxime quando non successiue comeduntur, eadem comestione, & simul miscentur. Nec acetum sumatur post cibaria confecta de grano zizo. Nec lac cum acetum, siue cum radicibus. Nec cepæ cum allijs. Nec carnes gallinæ præparatæ cum lacte acetoso. Nec granata post frumentum paratum cum carnibus. Nec aqua dulcis, seu calida sumenda est post stidibog, id est, carnes præparatas cum ouis, speciebus & aqua, aut salsa cibaria. Nec aqua frigida.

post fructus, sed cibaria calida, & chalde, nec carnes assatę cū lignis laudę.
 & assatę cum lignis ficuum, & similib. Prohibetur etiam comestio aceti
 uel olei, quę reposita fuerint in uase æneo. Nec cibus calidus repositus no-
 cte una sub uase æneo comedendus est: nec in loco seu camera humecta:
 & præcipue si sunt pisces assati cum oleo, uel aliquod assum, & in man-
 tili calidum inuolutū. Nec cibus, nec uinum, in quibus ceciderint formi-
 cę, maltę, seu alij uermes. Abstinentū est etiam a corrupris fructibus.
 Nec cibus qui amisit suū saporem & odorē, comedendus est. Et uniuersa
 liter abstinentū est a quolibet cibo, in quo humanus non delectatur ani-
 mus, nec sensus. Nec bibas in comestione, nec comedas supra potū. Cœ-
 na etiā minuenda est, si uis leuis * mane consurgere. Dimoueas etiā men-
 sam, appetitu remanente comedendi. Prohibeas etiam cibos stipticos, co-
 licam patientibus & senibus: & cōualescentibus grossas carnes: quas con-
 cedes iuuenibus & exercitantibus. Scire etiā conuenit, q̄ licet ex omnib.
 cibus prædictis, protinus non sentiat læsio, sentietur tamen in futuro: et
 præcipue si senes, aut alij frigidę complexionis existentes, utantur his ci-
 bis frigidis: & econuerso. Nam uidi quosdam, qui comederunt miscen-
 tes duo diuersa stiptica, quibus accidit colica in hōra comestionis. Et
 * Ra. dixit, quod uidit quosdā comedentes allia, & cepas, & accidit in
 oculis eorum debilitas uisus. Et alius dixit, quod inter nos sunt duo fer-
 cula, quibus utimur, quę non est hominum consuetudo miscere. nam
 si miscerentur, interficerent comedentes. Propter ipsa duo cibaria uoluit
 hoc docere filium suum.

C A N O N V I C E S I M V S T E R

tius, De Ciborū diuersitate, & uaria eorū operatione. Ad Tac. 22.

CIBORVM partitiō diuersificatur, Aut ratione sui. Et hoc est, aut
 ratione substantiæ suę, quę est cōueniens ad digerendum, sicut sunt car-
 nes agnorū animalium. Aut inconueniens, ut fungi. Et si ratione suę quan-
 titatis, non multū replet, et modicum desiccet. Et si ratione qualitatis, aut
 per oppositū, ut si calidus sit, replet cerebrum uaporibus, & stomachum
 humiditatibus: si frigidus, calorem extinguit. Aut per uirtutem, & opera-
 tionē, ut sit cibus morbis contrarius, & sanitati consimilis. Si ratione tem-
 poris: ut tardetur ciborum assumptio, donec cholera fundantur ad sto-
 machum: nec festinetur prius q̄ cibis stomachus mundificetur, sed assu-
 matur primo cibo digesto, & stomacho mūdificato. Aut prolixitate tem-
 poris comestionis, et tunc primus cibus descendet primum, prius q̄ com-
 pleatur digestio. Et in his cibi stiptici primo sunt assumendi. Aut ratione
 ordinis, cum subtiles cibos, grossi præcedunt. Aut rōne mixtionis ipso-
 rum, ut non sint diuersarum substantiarum, et saporum: tunc enim ab eis
 stomachus fatigatur. Et si est ratione appetitus: appetitiuum magis est
 * delectabile non appetitiuo. Cæterum si sit non appetitiuū, minus iuuat
 tiuū est, tanq̄ abominabile. Et si fuerit ratione stomachi, sicut stoma-
 chus prauus (alias, paruus) impotens erit in digestionē: et frigidus efficit

alias, manere.

alias, Ru.

alias, diligit
bile.

humorem crudum : & calidus stomachus cibum comburit . Et si ratio ne potus : qui paulatim assumendus sit : eo quod multus potus cibum crudificat , & paruus comburit . Et si ratione comedentis : ante cibum consideret ipsum ratione complexionis , curationis , ætatis , figuræ , regionis , officij , & consuetudinis . Nam cibi iuuenum habentium complexiones calidas , habentium membra magna , & poros apertos , laboriosi officij , in hyeme & regionibus frigidis omnes esse debent spissi & grossi : & econuerso . Et si post cibum : si ratione motus comedentis . Qui motus est duplex . Aut uitalis . ut ira , & timor : quæ duo cibum corrumpunt . Vel animalis . sicut obuiatio maris & fœminæ : unde accidit arthetica . Et motus , & deambulatio post cibum , cibum crudificant , & descendere faciunt . Quies uero , sicut est dormire super lectum calidum , carbunculos accidere facit : & si in cameris calidis , sitim accidere facit : & si in locis claris , & mali odoris , & multi clamoris , impedit dormitationem .

C A N O N V I C E S I M V S

quartus , De signis Digestionis bonæ & malæ , & Ciborum temperamento . Ad Tac. 23 .

Digestionis
signa .

Stomachi
Senum for-
tificatio .

SI G N A Digestionis sunt , quando sentiuntur utraq; latera leuia , & umbilicus . Et quando dormitur supino corpore , stomachus manet depositus , & eructuatio accidit absq; sapore , & appetitus cibi festinat , et ardere non desinit , & pulsus minuitur , et urina citrinatur , & aromatizatur sensus odoratus , somnus sedatur , saliuua minuitur , et sitis efficitur : et quando hæc erunt , completæ sunt digestiones tres . Et si hæc memorata in diebus æstiuis acciderint mane , & in hyemalibus diebus in meridie , erit bonum . Alioqui ingenietur quod fit . Si uero hominis ingenio permuatio hæc ex toto fieri non possit , saltem fiat secundum similitudinem aliquam conuersio ætatis in hyemem , infrigidando locum , & alterando aërem , cum pannis raris & madefactis aqua frigida , & uentilatis uentilando , & alijs similibus . Per hæc enim confortabitur stomachus senum & decrepitorum , in tantum , quod fiet in digestionem similis stomacho iuuenum : & cum huiusmodi rebus , & sibi similibus , poterunt senes digerere grossos cibos , in regionibus meridionalibus , & temporibus calidis . Et per Canonem patet , quod cibi temperati sunt , in duobus temporibus temperatis , hominibus temperatis . In hyeme sunt grossi , propter occultationem caliditatis ipsius : et sunt calidi , propter frigiditatem contrariam temporis . Et in æstate sunt subtiles , propter debilitatem caliditatis : et sunt frigidi , propter contrarietatem caliditatis temporis . eo quod aër dominans corpori temperato in hyeme , facit quod digeritur uirtute caliditatis flegmaticum : et in æstate debilitate ipsius caliditatis , et effusione caloris exterius , facit quod digeritur cholericum . Nam aër caliditate sua in æstate , non sufficit cor infrigidare : nec aqua calida sufficit uires sedare sitis . Et causa in hoc est : quod iuuamentum , quod in hoc aër præstat , est ex ea frigiditate unde est sua substantia . Terræ enim caliditate ,

sicut Aethiopiae, homines calidi sunt, apti nati ad frigiditatem interiorum: nec est aliqua uia rectificatoribus, id est, curatoribus, ad auertendum eos ab illa natura, nec hyems ipsorum habet potentiam permutandi eos ab illa natura: unde cibum calidum recipiunt loco medicinae in eorum stomacho. Et etiam ad mundificandum stomachum ipsorum, Scilicet recipiunt res calidas in cibis: eo quod similes sunt in eorum complexionibus.

C A N O N V I C E S I M V S

quintus, De naturis Assatorum, & Elixatorum. Ad Tacuinum 24.

IN ASSATO duplex est modus considerationis. Vnus in compositione sui ipsius. & huiusmodi Assum nutrit nutrimento forti, & tardo. Alius modus est in comparatione ad Elixatum. et secundum hunc modum est humidius elixato. quia elixati dissoluta est humiditas naturalis in brodio: et illud cuius humiditas naturalis est dissoluta, est siccum: Assatorum uero in igne humiditas, non potest dissolui, spissitudine superficiali suae: & illud cuius humiditas remanet, magis est humidum, quam illud cuius humiditas resoluitur. Vnde si duo membra inter se similia tollantur, quorum unum existens elixum, et illud eadem hora sublatum de brodio, et aliud etiam assatum illa eadem hora sublatum ab igne, reponantur ambo nocte una: mane sequenti inuenies colorem assati splendidum: cuius splendor est ex superfluitate caliditatis & humiditatis, & aereitatis. sicut accidit iuuenibus in comparatione decrepitorum. Saporem cuius etiam assati reperies delectabiliorem: delectatio enim in sensu gustus est ab humido: et elixatum inuenies desiccatum, & denigratum, et diminutum a sapore suo delectabili: eo quod in eo non existit sua humiditas naturalis: et brodium ipsius, et ex quo fit res se habet in eis. Assum ergo humidius est Elixo. Dixit, PP. Medicus. Pulli assati ethicis largiuntur, ut conseruetur ipsorum humiditas, cum superflua humiditate pullorum ipsorum. Nec est dicendum ab aliquo, quod elixata habent humiditatem ab humiditate aquae, loco naturalis humiditatis, ab eo per elixaturam sublatae: quia cum sit accidentalis, non debet denominari ab ea: illa uero, humiditas quae est ab ea per elixaturam sublata, est sua forma. Et nullus debet credere, quod forma elixatorum sit brodium: imo brodium est forma elixationis, & non elixatorum, sicut sunt carnes. Diuisio enim est inter elixum, et elixaturam, et Assatum & Assaturam, et hoc propter diuersitatem simplicium ipsarum: quarum noticia, in tertio Canone est, quem diximus.

C A N O N V I C E S I M V S

sextus, De Chalde cibo dulci, simplici & composito. Ad Tacuinum 25.

CHALDE est cibus, seu materia dulcis: & mundificat os a ciborum unctuositate: & recipitur ab hepate & uisceribus, & per membra diffunditur, quae multum nutrit, opilationem faciens. Et Chalde huiusmodi di-

Assata.
Elixata.
Assatum humidius elixato.

Elixum.
Elixatura.
Assatum.
Assatura.

Chalde quis
cibus.

Terregen-
bim.

Sirufuk.

Manna.

uiditur. Nam alia ex eis fit artificialiter, & alia naturaliter. Et quæ a natura fit, si simplex est, est illa quæ fit ex elementis. Si composita, est illa quæ fit ex animalibus. Et si mediocris fuerit inter istas, est ex terræ nascētib; . Illa uero quæ fit ex operatione elementorum, est, utpote Terregenbim, Sirufuk, & Manna. Illa denique quæ fit ex animalium naturis, est sicut mel. Illa uero quæ fit mediantibus terræ nascētib;, est sicut Rucab, & canna mellis. Et illa quæ fit artificialiter, est simplex, uel composita. Simplex, est sicut zaccharum & Rob. Composita uero sunt, sicut omnes modi qui fiunt artificialiter. Et Terregenbim est ros, qui descendit in Chorasam, super arbores cadens, & dragantum: cuius complexio est subtilior zaccharo, & maioris mundificationis, & dulcedinis, & ipsa est humiditas qua fit laxatio. Sirufuk est ros qui cadit in Chora, de regione Chorassæ, super arbores salicū, & draganti: & est plurimum uirtutum, q̄ sit Terregenbim. Manna uero cadit super arbores landri, et glandium, in regione Saggiuar, & Dyarbether. Et ex Chalde melior est, quæ cum pane conficitur: & peior est ex ea uiscosa, præparata cum oleo & amilo. Et causa propter quam utimur cibus unctuosus & dulcibus, qui præparati sunt ex eis utentibus, hæc est: quia sumus distemperati, contrario indigētes. Nam utimur cibus acetosis prius pro cholericis, ad temperandam complexionem ipsorum. Nam postquā temperantiā consequuntur, nutrimus similibus, & præparata utimur chalde, seu dulcibus in fine comestionis. Et alia causa est, quia dulce similius est hepati, q̄ omnibus alijs membris: quæ dulcia hepar recipit ad sui nutrimentum de cibus alijs, quæ ad alia membra nutrienda mittuntur. Et causa q̄ temperatū repertum inter sapes sit dulce, est, quia omnes alijs sapes sunt ab extremitatibus qualitatū, & dulce est mediocre inter ipsos temperatū: eo quod sit in medio ipsorum sicut centrum: qualiter autē possibile esset, q̄ centrum, quod est medium locatū, reperiret in circūferentijs, seu extremitatibus: hoc certe impossibile.

C A N O N V I C E S I M V S S E

primus, De Præparatorijs, & mundificatione, & conseruatione Dentium. Ad Tac. 16.

Citonia pro
Dentibus.

PRÆPARATORijs Dentium indigent, qui mundificare uolunt dentes, & expellere id quod remanet ex cibus inter eos. Nam quando aliquid remanet inter eos de residuo cibi, incipiet caliditas naturalis corrumpere ipsum, quod nocebit postea dentibus, & gingiuis, & maxime illorū, quorum corpora calida sunt. Et signum corruptionis eius est, ex odore illius quod remanet, quando interuallo temporis non mundificantur. Propter quod mundificantia offeruntur, Citonia masticari ante alios cibus, ut repleantur interstitia dentium, qua de causa residuum ciborum intrare non potest, unde corruptio ipsorum non fiet. Et hæc sunt præparatoria iuuantia dentes. Et præcipue si misceantur eis res dentes confortantes, cum aromaticitate, & stipticitate, sicut sunt præparatoria magis conferentia. Sunt autem multum nociua, si conuertantur in usum & consuetudinem: tunc

enim sunt non iuuatiua: eo quod dentes mobilitant, & ætates minuunt. Ad abstergendū uero unctuositates ciborum, necessariae sunt res abstersionem habentes. sicut sunt usuen, zaccharum, et fabæ. Horobi uero farina est multū iuuatiua ad abscindendum horribilem odorem piscium salitorum, & sibi similiū. Et lac dulce abscindit odorem, qui fit ex cibo, qui dicitur Dakerirata, & sibi similibus. Et hæc omnia obsunt dentibus, & laxant gingiuas: nisi abscidatur eorum nocumentum cum rebus aromaticis & stipticis, sicut sunt ciperi, et sandali. Et operatio cum oleis: sicut lauatio facta cum eis quæ sunt boni odoris, prodest ante cibū: quia non permittit res mali odoris poros subintrare, quos iam impleuit. Et lauatio post cibū cum aliquo oleo, sicut amigdalārū, prodest: eo quod ipsum oleū poros subintrat, & superfluitates contentas expellit, & aër circumstans dissoluit horribilem odorem factum ex putredine corruptionis.

C A N O N V I C E S I M V S
octauus, De Aquarū delectu & frugū potu. Ad Tac. 27.

AQVÆ sunt delatrices ciborum: eo quod per eas feruntur cibi per extrema corporis. Meliores tamen ex eis sunt, quæ fluunt uehemēter uersus austrum, in oppositum septentrionis, super lapillos, non incedentes per loca plana, & sunt dulces, lucidæ, claræ, & leues pondere, nullum habentes odorem, nec saporem, & calefiunt uelociter oriente sole, & infrigidantur uelociter occidente sole. Descendētes ad stomachū uelociter leuigant grossos cibos in stomacho: & quantitas moderata ex eis, cibum subtiliat, deferens ipsum per membra: per quam aquam cōseruatur humiditas membrorum radicalium, & acquisita, seu rationalis: & cōseruatur etiam caliditas innata, & acquisita, seu influens. Nimiū potata, corporis putredinem efficit, & carnis molliciem, & teneritatem: & multiplicatus potus ipsius, facit tremorem, stuporem & obliuionem, et sitis debilitat appetitum, & corpus desiccatur, uisum obtenebrat. Aquæ uero diuidunt. Quædam est frigida: quæ appetitum confortat, coloris pulchritudinem efficit: digerit accidentaliter: quia aggregat partem stomachi supra digestionem cibi: modicū tamen ex ea sufficit ad sitim sedandam: prohibet sanguinem a corpore, & uapores ascendere ad cerebrum: sanitatē cōseruat, & præseruat a febribus, maxime in corporibus & complexionibus calidis: & obest catarris, reūmatibus & apostematibus non digestis. Quædam est calida: quæ sitim non mitigat, nec a membris recipitur: propter quod non oportet, ut multoties utantur potu, nam assumpta multoties complexionem corrumpit, molles inflationes efficiens: cerebrum uaporibus implet, qui fluentes ad stomachū mediantibus neruis, laxant eum, propter quod non digerit. Unde plures uidimus de gentibus aquam bibentibus calidam, colorem habentes compositum ex uiridi & citrino, & splenem, & hepar habentes inflata, et lepram patientes. Nec cadit in nos reprehensio super eo, quod Christiani utentes ea, non offenduntur ab ea, nec accidunt eis incōmoda super dicta: cum ipsi bibant eam uino commixtam, & tunc

Dentibus
noctua.

*

Aquæ
meliores.

Aqua fri-
gida.

Calida.

C

Aqua falsa.

non operatur in membris, nisi infrigidationem, & humectationem. Aqua falsa sitim prouocat, calefacit, & desiccatur. Aufertur uero falsedo ipsius per sublimationem cum cucurbitis, & alijs uasis conuenientibus. uelut cum sit uas cæreum, & ponitur in aqua falsa, & per subtiliationem, & resudationem aqua subintrat ab exteriori, & efficitur dulcis: & aquæ bullire debent, usque ad consumptionem tertiæ partis: deinde potentur. Nec sit aqua in uasis orificiorum strictorum. nam hæc aqua, replet corpus uentositatibus cum fugitur. sicut est operatio uasorum, in quibus reponitur foca. Nam hæc uasa quando cum eis bibitur, replent corpus uentositate. Et de melioribus uasis ad bibendum, sunt uasa de corio Tayf. Et aqua niui admixta, creditur inducere sitim: eo quod cum maxima auaritate recipitur, propter frigiditatem ipsius, & maxime habentibus complexiones calidas. Et quando aquam bibere uolueris, bibas medietatem quantitatis totius quam existimas sufficere ad sitim mitigandam, quam habes. Nam ex hoc aqua efficitur magis sana corpori, & fortior stomacho, & urinam non multiplicat, & est magis cibi digestiua.

Niuialis.

C A N O N V I C E S I M V S

nonus, De Vini natura, quæ meliora, quomodo, & quibus comode bibenda. Ad Tacuinum 28.

Vini uirtus.

VINVM CALEFACIT corpus, digestionem meliorat, membra humectat, syncopim & sitim aufert, quando lymphatum fuerit, urinam prouocat, uentrem laxat, animum lætificat, solatium, libertatem, & prudentiam efficit, maxime corporibus temperatis. Et hæc sunt operationes suæ, quando bibitur moderate. Cum uero immoderate bibitur, uigilias facit, & inflationes hepatis: appetitum, coitum & nutrimentum minuit. Lethargiam, malum odorem oris, tremorem corporis, agitationem, epilepsiam, debilitatem neruorum, & uisus inducit: febres efficit, & sensus permixtionem, malum intellectum, paralytim oris, & subitanam mortem inducit. eo quod uinum cerebrum replet, & calorem suffocat: sicut oleum abundans, lucernæ flammam extinguit. Et si aliquis inquirere uoluerit, inueniet decem uini iuuamenta: quinque ex parte corporis, & quinque ex parte animæ. Nam digestionem efficit meliorem, prouocat urinam, pulchrum reddit colorem, bonum odorem efficit, roborat coitum, animum lætificat, bene sperare facit, & audaciam reddit, & pulchrificat dispositiones corporis, et auariciam compescit. Et melius inter uina ad generandum sanguinem temperatum in complexionibus temperatis, est uinum rubicundum, bene lymphatum, odoriferum, mediocre inter nouitatem, et uetustatem. Et habentes complexiones calidas, bibant uinum lymphatum, infundentes in eo panem similaceum, & frustra citoniorum, et poma. Quandoque bibatur etiam post comestionem amygdalinum. Quod si uinum clarum quis uoluerit facere, terat amygdalas, & linguam bouinam misceat, et colat. Hoc etiam taliter præpara-

Vinum rubrum.

Vinum clarum.

tum cor confortat. Recipiatur tamē post hoc sorbitio una aquæ frigidæ. Habentes uero complexionēs frigidās, non indigent. Vinum etiā non est bibendum a famelico, & repleto cibis falsis, acutis, & acetosis: nec post assumptionem lactis, nec post cibum: ne forte opilationem & hydro-pisim incurrat: sed post duas horas uel tres bibendum est uinum. Cauendum est etiā, ne in bibendo diuersa uina misceantur. Nec bibendum est post balneum, nec post exercitium: nec per diuersas uices unius potus diuidatur in portionibus. Conueniens est, suffumigationibus uti. A colloquio duro, uel taciturnitate est abstinendum, a somno, ebrietate, & a potu supra nauim quæ uelociter uehatur, a nimio motu, & ab aspectu uini quod uasa continent: nam hæc omnia potum minuunt, & ebrietatem faciunt. Si uero sit numerus uasorum continentium libram unam, secundum numerum quatuor humorum, hoc appetitum inducit, & somnum tranquillum facit, et cibi digestionem.

C A N O N T R I C E S I M V S ,

De Odoriferis, & eorum usu per singulos anni menses. Ad Tacuinum 29.

AR O M A T I C A , & aliā redolentia in cameris reposita, aerem re-
ctificant, et cerebrū confortant, adeo, q̄ uapores uini non recipiūt, ipsum
corruptentes: et hoc fit cum aromaticis frigidis. Faciunt etiā redolen-
tia prædicta, delectationem sensus odoratus, et complent delectationem
sensuum reliquorū. Et hæc aromata diuersantur, secundum diuersitatem
temporū. Nam quædam reperiuntur mense Septembri: sicut sunt limo-
nes, lemongelli, uiolæ, narcissi, maiorana: in Nouembri, sicut arangia, &
sodula: in Decēbri, sicut residui fructus: in Ianuario, sicut nabech: in Fe-
bruario incipiunt apparere rosæ, & omnes arborum flores: in Martio,
sicut Bahar, et eodem mense frondescent arbores: in Aprili, sicut sambu-
ci, et flores mandragoræ: in Maio sunt melones aliquantulum redolen-
tes odore fructus, & nenufar: in Iunio sunt mala, & melones bene redo-
lentes: in Iulio sunt citonia, & persica: in Augusto sunt citra immatura,
& omnes alij fructus. Verum omnes hi fructus festinant in regionibus
calidis, et retardant in frigidis. Et sermo noster in hoc non est, ut come-
dantur, sed ut odorentur. Causa tamen diuersitatis inter colorem, & o-
dorem ipsorum, est propter diuersitatem complexionis ipsorum in cali-
do, frigido, sicco, & humido. Et causa quare quidam conseruant fru-
ctus, quos alij non conseruant, est assimilatio, quæ est in complexione
inter fructus, & illos qui ipsos conseruant: eo quod simile delectetur
simili: & ob hoc habentes temperatas complexionēs, delectantur in ui-
ridi complexione: quia res uiridis coloris sunt temperatæ: & habentes
melancholiam, libenter uolunt morari in locis obscuris: & plures sunt
qui gaudent in contrarijs: eo quod ceperunt deuiare a sanitate modi-
cum, sicut calefacti gaudent in frigiditate, & habentes in cerebro grossos
uapores, in odoribus calidis, sicut in naphtha, et pice. Nec est mirandum

Vinum quo
modo, & a
quibus bi-
bendum.

Quibus aro-
maticis per
singulos men-
ses utendum.

de hac diuersitate : quia plures sunt qui gaudentes submitunt se musicae melodijs, & plures alij, qui recedunt ab ea, audire nolentes : et simile his reperitur in saporibus . nam quidam appetunt aliquem saporem , quem alij abhorrent .

C A N O N T R I C E S I M V S

primus, Quæ secundæ mensæ conueniant, uel disconueniant. Ad Tacuinum 30.

O P E R A T I O N E S rerum, quæ ueniunt in secunda mensa, id est, in fine prandij, uel cenæ, sunt uel ad reprimendū, uel ad sedandum uapores ex uino, & mitigandum abominations : sicut operatur calefactis rabes, mala, lactuca, papauera. Vel ad prohibendum anxietates, quæ accidunt ex potu uini : sicut operantur limoncelli, cum fuguntur post uinum, & caules præparati cum speciebus. Vel ad conseruandum uocem : sicut Canna mellis, uel Candi. Vel propter fastidium stomachi : sicut cum recipitur bolus, & res salitæ. Vel propter frigiditatem, & debilitatem stomachi : sicut Ciperi, teneritates palmarum, id est, Cephaliones palmarum. Vel propter coitum : sicut decrepiti, cum assumunt zinziber, seu citrum conditum, & * cannam mellis elixam. Vel propter stomachū dissipantē caliditate sua in eo contenta : sicut cum assumitur bismagnard, & ramalæ factæ cum carnibus. Ista tamen prohibentur habentibus stomachum frigidum. Et de melioribus secundæ mensæ, sunt illæ, quarum assumptione non fatigatur anhelitus, nec stomachus diffensionem sentit ipsarum : contrariæ uero corrumpent cibos prius assumptos, & exirent indigesti cum uino tunc assumpto : propter quod assumentes hæc & bibentes, efficiuntur propinquoires ebrietati, cōmorantes diu in anxietatibus & stupore ipsius ebrietatis : & efficiunt lassitudinem, & turbationem in sensibus. Et de deterioribus secundæ mensæ, est comedere infra potus, & maxime Chalde. Nec debet quis decipi super consuetudine, quod non offendatur ab his, qui usus fuerit prædictis. Nam uirtus prohibet quidem quantum potest aliquo tempore, uel ætate, demum autem desistet, seu fatigabitur aliquo tempore, & apparebit postmodum nocumentum, consuetudine non obstante. Et de melioribus rebus secundæ mensæ, sunt omnes res mundificantes, & uelociter transeuntes, & quæ uapores ascendentes prohibent : sicut papauera, & zaccharum cum aqua rosarum, et sorbere aquam frigidam, sicut fit in secunda mensa.

C A N O N T R I C E S I M V S

secundus, De Musicae usu & operatione, animæque accidentibus. Ad Tacuinum 31.

M U S I C A E I N S T R U M E N T A sunt iuuatiua ad conseruandam sanitatem, & restituendam amissam, iuxta diuersitates complexionum hominum. Nam & antiquitus ordinata erat hæc ars, ad retrahendum animos ad salutiferos mores ; & deinde Medici exercitati, uel

cup. muni V
r. 3. obom
ad. rudiu
mubard

alias, grana
mellis elixa.

Meliora se-
cundæ mensæ.

Musicae ope-
ratio.

sciscitati sunt ad curandū per ea corpora ægra. Igitur sic se habent toni ad ægros, sicut medicinæ ad corpora ægra. Et operatio musicæ ad animos, est manifesta in incessu camelorum, quando ductores ducunt eos oneratos, & cantant: quia confortantur ex hoc: et in pueris, qui etiā delectantur in cantu. Et cantus etiā habilitatem operatur & delectationē, et confert ad orationes prorogandas, et locutiones: & medici utuntur eo, ad mitigandū dolores: eodē modo faciunt ferentes grauiā onera, qui ut faciliā, & leuiā uideantur, cantant. Et de Cantibus melior est, qui se habet in æquali proportione, ad sonos instrumentorū, ad chordas, & ipsorum intensiones, & ad sonitum fistulæ aptatum, iuxta ordinationem proportionis uocis. Vnde pulsatio, est motus uocis, temporibus proporcionatis. Et melior inter ipsas, magis adæquata in se ipsa: & si egredietur ab hac uia, ordinandū est, quod iterum redeat ad eam: & si naturaliter non potest ad uiam ipsam redire, ingeniandum est ut redeat. Et accidentium Animæ sunt quinque ordines, scilicet Ira, Gaudium, Verecundia, Angustia, & Timor. Et causa in hoc est: quia cor aut mouetur uersus partes pectoris, aut uersus partes dorsi, aut utrobique. In quolibet istorum modorum mouetur cor, uel impetuose, & repente, uel paulatim, & successiue. Si impetuose, uersus pectus, operatur Iram: si paulatim, Gaudium. Si impetuose uersus dorsum, Timorē operatur: si paulatim, Angustiam: si utrobique, operatur Verecundiam, & Tristiciam. Et hæc uocantur accidentia Animæ. Sunt & uitales causæ deferentes, qui sunt Sensus, & Cogitatio. Sensus uidelicet deferunt ad cor delectabilia, & non delectabilia: & Cogitatio etiā eodem modo. Et Angustia sunt de rebus præteritis, et Tristicia de rebus compositis ex spe & desperatione.

Cantus
musicus.Accidentia
Animæ quinque

C A N O N T R I C E S I

mustertius, De Somni operationibus & causis.

Ad Tacuinum 32.

S O M N U S N A T U R A L I S, fit ex uaporibus humidis resolutis ex cibis, cerebrum ascendentibus, & replentibus, faciens quiescere sensus ab exercitio uigiliarum: & facit etiā corpus quiescere a labore, & sollicitudinibus, præparans cogitationes & rationes, humectans corpus, cibum digerens, ex reditu caloris naturalis ad interiora: exteriora tamen corporis infrigidat, propter quod dormientes cõperimento indigent: & ideo digestiones quæ fiunt in hyeme, sunt meliores, quamuis cibus sit multus: eo quod caliditas * adurat interius, & nocentes sunt prolixiores & frigidiores. Et si forte cibus digeri non ualeat, sed corrumpitur, uapores calidi ab eo resoluti, cerebrum ascendunt, propter quod uigiliae accidunt. Indiget enim propter hoc confabulationibus, quibus somnus prouocetur. eo quod non dormire, corpus desiccatur, membris & cerebro nocet, sensus permiscet, acutas ægrotudines commouet: qua de causa præcipiunt Medici, habentibus corda frigida, recitare coram eis, historias iracundiam prouocantes: & habentibus

Somni operatio.

alias, adu-
natur.

Vigiliae.

Somniorum
causæ.

bus corda calida, historias misericordiam continentes: ut obtemperen-
tur complexionibus ipsorum. Et causa in hoc est, quod confabulationes
somnia prouocant: eo quod auditus recipit absque motu naturali quali-
tates sensibilem, & quia auditus recipit delectabilius ipsorum, uel eo-
rum quæ audit, & imaginationi transmittit: imaginatio uero rationi: ra-
tio uero admiratur de presentatis, donec fatigetur ex admiratione præ-
dicta, ita quod ex multiplicata admiratione imaginabilium receptorum,
quibus intenta est, uirtus ipsa audibilis, audibilia non presentat: pro-
pter quod quiescit instrumentum auditus ab apprehensione sensibilem,
cum alijs sensibus: unde prouocatur somnus, ipsis sensibus quiescenti-
bus ab apprehensionibus in uigilijs factis: licet cogitatio seu ratio rema-
neat, distinguens sensus a sensibus presentatis eidem: propter quod ac-
cidit, quod plurimi dormientium uident in somnis, quæ in uigilijs uide-
bant. Sermones ergo qui recitantur, delectabiles debent esse ornatu uer-
borum, ut somni proluxi fiant, & dormientes non uideant somnia timo-
rosa. Nam timorosa somnia male digerere faciunt, conturbant sensus,
spiritus, & sanguinem. Somnus uero fit, quando cerebrum repletur ua-
poribus resolutis ex cibis. Fit etiam ex diminutione spirituum, facta ex
nutrimenti defectu: quod mediantibus sensibus percipitur. Fit etiam ex
motu: eo quod per ipsum motum uapores humiditatum cerebrum ascen-
dunt, somnum prouocantes. sicut accidit infantibus cum nauiculis de-
ducuntur. Et aliquoties ex motu uapores calidi ascendunt, timores faci-
entes. sicut accidit decrepitis a somno expergefactis. Et consilium est ad
hoc, ut somnus prouocetur, & deambuletur post comestionem aliqui-
bus passibus, ut cibus descendat ad fundum stomachi. Deinde, quod
dormire studeat, primo super latus dextrum, ultimo super sinistrum,
postmodum uero assurgere a somno ipso. Leuitas uero, alacritas, & ma-
gnanimitas, quæ accidit in expergefactis, accidit ex bona digestione, &
mundificatione spirituum, a uaporibus malis: & econuerso.

Somnia ti-
morosa.

Minutio.

CANON TRICESIMVS
quartus, De uarijs Purgationibus, & Coitu. Ad Tac. 33.

PURGATIO est uaria. Nam quædam est per Minutionem: &
hæc fieri debet, quando leuitas corporis est diminuta, & multiplicatur
constipatio, seu extensio corporis, cumque rubescit facies, urina & pulsus
magnificabitur, & uenæ ingrossabuntur: & possibile est, quod sentiat
aliquis pruritus in loco minutionis, & dolor in renibus: uel sentiat sa-
por sanguinis in gustu eius: quando hæc signa apparuerint, in phlebo-
tatione uenæ Cephalicæ trahatur sanguis ex capite, & collo. Et phle-
botomatio Basilicæ, & Tiullaris est conueniens ægritudinibus quæ acci-
dunt a renibus usque ad pedes: phlebotomatio uero superioris fit ad opus
uentris & hepatis. Et uena Mediana, seu Purpurea, seu Antimonialis, a-
peritur generaliter ad totius corporis opus. Aperiatu attamen uena ictu
phlebotomi facientis foramen amplum, a quo sanguis cum intermissio-

nibus permittatur exire, multoties digitum superponendo loco minuto, considerantes, ætatem, uirtutem, consuetudinem, & aëris complexionem. Et quædam per Purgationem uentris, seu membrorum utinæ lium. Quæ si medicinæ beneficio fieri debeat, fiat, cum signa repletionis humorum apparuerunt: quod si non appareant signa prædicta, caueas, ne laxes, seu constipes, sano sic corpore existente: eo quod ex purgatione tali accidit dysenteria. Et ex retentione superfluitatis accidit ruptura, & colica: ex urinæ retentione, accidit apostema, & syncopis: ex urinæ fluxu, sitis accidit & desiccatio: & ex longa mora & premitu in cella, accidunt hemorrhoidæ. Si uero purgatio beneficio Medicinæ fieri debeat decem attendenda sunt præcepta. Nam fieri debet ante somnum, non post, & ante exercitium, coitum, et balneum, ante minutionem, ante scarificationem, ante cibum, & potum, ante nauigationem, & equitationem. Quod si purgatio per Coitum fieri debeat, uel sibi simile, sicut diximus in libro nostro de coitu: uel per res multiplicantes sperma ab interioribus sumptas: uel per res exteriores, sicut per rem conuenientem, & appetitum, Coitum prouocantem. Sperma enim multiplicatur, aut natura, aut arte. Medicinæ uero Coitus sunt duorum modorum. Aliæ sunt calidæ, & humidæ, sperma generantes, sicut Oua, mediocriter semiaffa, & sorbilia, & Testiculi gallorum. Aut inflationes generantes, & uirilium extendentes, sicut cepæ, & erucæ syluestres. Et habentibus complexiones calidas, & siccas, si coëant, nocet eis uinum, & iurantur per frigida & humida, sicut pisces recentes, lac dulcè, & lactucas. Et habentibus complexiones frigidas & humidas, conferunt pisces, qui dicuntur sicca racori: & carnes assatæ, cum synapio supra regulam: & secatia, & semina heleni. Non est tamen coëundum, nisi uentre leuigato: nam hoc erit salubrius, & certius ad generandum. Non etiam coëundum, nisi primo cum muliere ludatur, & fricando plantas manus ipsius mulieris, & capièdo & stringendo leniter capita mammillarum: ut ambo prouocati, simul spermata emittant, ad hoc quod misceantur. Cognoscitur tamen appetitus mulieris in oculis ipsius. Et inclinetur ad latus dextrum, ut masculus generetur. Deinde post coitum bibatur Dauit prumæ. Cauendum, ne masculus conuertatur ad iterum coëundum, nisi præcedat lauatio, & urinæ emissio: eo quod nisi talia obseruentur, oculi natorum erunt nisi coloris cœlestis.

Purgatio
Medicinalis.

Coitus.

*

*

*

C A N O N T R I C E S I M V S Q V I N T U S .

De Exercitio & Motu corporis multiplici: & Quietè. Ad Tacuinum 34.

F I N I S E X E R C I T I I est in principio lassitudinis, & frequentia anhelitus, & sudor fluens * consuetis: & principium corporis exercitii, est post digestionem completam, longum somnum, & urinæ tincturam. Et motus ante cibum est ualde utilis, & post cibum ualde nociuus. Nisi cibus propter delectationem stomachi, natet in orificio stomachi: &

alias, cōn-
suetus.

tunc utendum est exercitio moderato: ad hoc, quod cibus descendens resideat in stomachi fundo. Et quicumque a somno grauis & piger surrexerit, iterum ad somnum redeat, faciens tangi, & fricari corpus suum, quousque urina citrinetur, & egrediantur superfluitates secessus & urinæ, et alleviabitur uenter. Deinde exercitetur paululum ieiunus. Cauendum est etiam in utendo exercitio, ne membrum patiens exercitetur: sicut podagra laborantes insideant sellis equitando, & non laborando pedibus. Exercitium autem diuiditur. Nam aliud est comouens totum corpus. Et huiusmodi, Aut conuenit corporibus fortibus, continentibus superfluitates, sicut exercitium luctationis & saltationis supra scaphas, et etiam supra pilas. Aut conuenit corporibus debilibus, sicut equitatio equorum. Aut partim corporibus mediocribus, sicut ambulatio. Aut est particularis, pertinens particularibus membris. Si manibus: sicut plaudere cum eis, aut mouere chordas lutinæ. Si pedibus: sicut calcatio in torcularibus. Si in pectore: sicut cantus, et fistulatio. Et si est infantum, sicut pueri motu cunaru: & si adulescentum, sicut saltus in planicie, exercitium cum instrumento pilæ. Et hæc diuersificantur ad se inuicem ratione quantitatis: nam quædam sunt diuturna, & quædam breuia. Aut ratione qualitatis: nam aut fortia sunt, aut debilia, aut mediocria. Aut ratione motus: & erunt, aut uelocia, aut tarda, aut mediocria. Et quando hæc combinaueris, fient. 17. combinationes. Et si bene imaginaueris, inuenies aliquod membrum prædictæ diuisionis æquipollere alteri: sicut motum uelocis operationis, efficit motus fortis. Et hæc sunt diuisiones motus exercitatio nis. Et ex quiete superflua, accidit opilatio, & repletio corporis, ex humoribus: cum corrupti fuerint: propter quorum corruptionem febris accidit.

Exercitia
uaria.

Quies.

C A N O N T R I C E S I M V S

sextus, De Balnei iuramentis & nocumen-
tis. Ad Tacuinum 35.

Balnei opera-
tiones.

I V V A M E N T A Balnei sunt hæc. Nam Balneum aperit poros, et ducit superfluitates, uentositates dissoluit, urinam fluere facit, stringit uentrem ex indigestione, et abstergit fordes sudoris, delet pruritum & scabiem, aufert lassitudinem, corpus humectat, uentris digestionem prouocat, corpus preparat ad recipiendum nutrimentum, membra desiccata ex paralyse lenit, digerit reuma cerebri, et catarrum, conferens febre ephimeræ, & ethicæ, quartanæ, et quotidianæ, post digestionem. Et hæc omnia probantur a probis Medicis. Nocumenta uero Balnei sunt hæc. Nam ex eo leniter fluunt superfluitates ad membra debilia, corporis lassitudinem efficit, debilitat calorem naturalem, & membra neruosa, aufert cibi appetitum, corpus minuit. Et tempus introitus ad balneum, est post exercitium moderatum, et ante cibum. Nisi corpora sint habentia poros apertos, aut laxa fuerint, aut multorum cholericorum humorum, aut fuerint impinguari uolentia. Amplius, Balneum corpus permutat tribus de causis, ratione aeris, aquæ, et operationis ipsius. Aer uidelicet iuxta camerarum naturam. A-

qua uel dulcis, uel non dulcis. Et si dulcis, calida, uel frigida: non dulcis, falsa, uel non falsa, uel aluminosa, & ferrea, et similes. Similiter ab operatione ipsius. Nam aut fit balneatio cum fricatione, aut sine fricatione: fricatio uero, aut fit cum inunctione olei, aut sine: et inunctio olei etiā quandoque fit cum flamine, quandoque sine: et hæc oēs fricationes, aut leues sunt, aut fortes. Ie. dixit. Caueas ne ingrediaris balneū, et egrediaris calefactus, sed in unaquaque camera modicum comoreris. Laua etiā caput tuū, qualibet septimana, si uolueris, quod pili barbæ non cadant. Absterge etiā capillos a sudore in eo, cum modico salis: et pectina multoties caput, quia uisionem confortat, corpus alleuiat. Faciem uero laua cū farina fabarū septem diebus in uentre melonū, et sepius permutata per eos. Deinde reponatur in lacte: quod sepius permutet: quæ farina sic imbibita, postmodū desiccetur, & misceatur cū radicib. croci, alcannæ, et boraginis, & de quolibet ana, partē unam. Deinde balneatus gradatim cameras egrediatur, et induat camisiam suffumigatā. Abstiniens a mulieribus die una & nocte.

Lotio, abster-
sio, & pecti-
natio capitis.

C A N O N T R I C E S I M V S

septimus, De figuris Balneorum, deque uaria Pidorum
artificio. Ad Tacuinum 36.

IN V E N I A N T V R in Balneo figuræ, quæ commoueant appetitiuam, seu desideratiuam uirtutem. sicut figuræ conuiuij, seu nuptiarum: at figuræ quæ commouent, uirtutem irascibilem, sicut figuræ præliorum, uel declarantes prælia, non inueniantur, sed figuræ quæ commouent uirtutem sensitiuam, sicut figuræ laudabilium philosophorum. Et hæc causa est, quod appetitus, & ira sequuntur complexionem, quæ sunt latrices uirtutum: & cum tales debilitentur in balneo, aspectus istarum duarum figurarum, remouebit nocumentum prædictum. Et quando pulchrius egit humana discretio iuxta huiusmodi proportiones, inuenies artes scæcorum, & taxillorum: & facies has res similes euenientibus in hoc mundo, scilicet euentum, et præuisionem. Nam Scaci assimilantur rebus, quæ sunt iuxta discretiuam præuisionem: et Taxilli assimilantur rebus prouenientibus a casu, et fortuna. Et Alfarabius dicit, quod figuræ & statuæ fuerunt magnæ artis: quibus non utuntur moderni. Iam locuti fuimus de diuisionibus Balneorum, remansit nobis loqui de Pilis. Augent pilos hæc. Accipe emblici, & draganti, & gummi, æquali pondere, uitrioli dimidiam partem boracis, & hæc omnia misceantur, & informentur succo bletæ, et felle uno uaccino, & utatur. Et medicinæ quæ crescere faciunt ipsos, oleum de Alchanna, & oleum de Myrtha. Secundo de his, quæ nigricant. Accipe Litargyrium asperū, æris combusti, & partem calcis, luti uiridis partes duas, & formetur cum aqua saporis. & utatur. Aut nuces combustæ cum corticibus suis, tingunt ipsos per se. Papaueres rubei, quando mittuntur in ampullā, et sub eis, & super eos aureum unū æris combusti, & deinde ponat sub fimo recenti. 20. diebus, tingent eos eadē hora. Aut lima eos cū folijs indici, et post limatione alchannæ. Tertio de his qui uo-

Scaci.
Taxilli.

Pidorum
inctura.

Capilli albi.

lunt dealbare capillos. Suffumigentur cum sulphure, uel stercore hyrundinum; uel assumantur uermes coruorū, seu cornicum, iugularum, & positarum sub fimo recentī, tribus diebus; & ponantur in cacula, & cooperiantur oleo, tantum dimittens bullire, quousq; liquefiant, aut dissoluant. Deinde inungas ex hoc quatuor uicibus pilos, & fiunt albi. Quarto de prohibentibus ipsorum ortum uniuersaliter, & fit hoc modo. Depiletur locus: deinde madefiat farine fabarum aqua: ex qua locus emplastetur. Et eodem modo fit de phaseolis, maxime quando decoquuntur, & postea desiccantur. Quinto de facientibus ipsos oriri, hoc modo. Accipiantur ungułæ nigre pecudum, combustæ, mixte cum oleo, cum quibus locus emplastetur. * Obendri, cufri, modus quidam ambrae, operatur hoc modo ad tincturam pilorum.

Ne pili crescant.

Vt pili crescant. alias, clindri.

C A N O N T R I C E S I M V S

octauus, De suffumigationibus aromaticis, Syrupis, & uaria eorū confectione. Ad Tacuinum 37.

Odorum partitio.

Neda.

*

Syrupi.

Canon de Syrupis.

RES AROMATICÆ boni odoris, sunt nutrimentum spirituum, quæ latores sunt uirtutum, deferentes ipsas; & habent se sicut aër præparatus ad recipiendam & deferendam lucem. Qui odores diuiduntur in multos simplices. Nam quidam est ex arboribus & floribus, sicut lignum Aloës, aromaticæ species, sandalus, et camphora. Et quidam ex animalibus, sicut Muscus, & Sirbeth. Et quidam ex fontibus scaturientibus, sicut Ambra. Et in multos compositos, sicut Neda: quæ fit diuersis modis. Nam quædam dicitur Neda trina: quæ fit hoc modo. Reci. ligni aloës triti subtiliter, & educti per pannum de seda partem. i. musci triti partem. i. ambrae partem. i. Deinde dissoluatur ambra, & misceatur cum alijs, et confice: & fac ex eis scucetra, & operare ex eis suffumigationes. Et Neda dualis, seu media, fit hoc modo. Reci. medietatē musci, et ambrae medietatem. Et quidam confectores miscent cum eis camphoram, ab una carata usq; Dauit. Fit etiam Neda ex duabus partibus musci, & tertia ambrae. Fit etiam alia confectio ex ligno Aloës hoc modo. Recipe ligni aloës frustatum diuisi, & lima ipsum. Deinde accipe musci ana partem. i. ambrae aurum medium, & camphoræ modicum: in liquefacta ambra & camphora, inungantur frusta ligni aloës, & desiccantur in umbra, et reseruentur. Aut recipe ligni aloës triti, et cribellati, et misce cū musco & camphora, & confice cum syrupo lulep, & fac trociscos: quos desine siccare: et suffumiga ex eis. Et qui nouerit eos conficere cum camphora resoluta, non curet cum syrupo conficere. Et de syrupis, quidam sunt simplices, quidam compositi. Si compositi, uel ex floribus, sicut qui fiunt de nenufere, & rosis. Vel de fructibus acetosis, sicut aceto. Aut stipticis, sicut poma, & citonia. Aut de radicibus & feminib. sicut semina feniculi, et radices capparidis. Et Canon iuuamenti Syruporū est talis. Cum aggregantur in syrupo acetosa & stiptica, infrigidat syrupus ille, et uincit choleram, sicut est syrupus acetosus de citonijs, quem composuit G. Et cum aggregantur in eo res dulces &

acetosæ, syrupus ille incidit, & subtiliat moderate, sicut syrupus acetosus simplex. Et cum conficitur ex amaris stipticis, aperit opilationes, & subtiliat. sicut syrupus qui fit de radicibus feniculi, & capparis. Et cum aggregatur ex rebus uiscosis stipticis, et dulcibus, laxat, sicut est syrupus de uiolis, & rosis confectus. Et syrupi stiptici, & aromatici confortant cerebrum & hepar, sicut syrupus de sandalis.

CANON TRICESIMVS NONVS,

De Syruporū administratiōe, & Habitaculi præparatiōe. Ad Tac. 38.

DE NECESSITATE prohiberi debent acetosa, stiptica in syrupis illorū, qui patiuntur pectoris agritudines, & tussim. Prohibent et dulces res patientibus dysenteria & lienteriam. Imo assidue exhiberi debent stiptica, ad stringendū, et dulcia, ad lubricandū, et acetosa ad subtiliandum, aperiendū, et incidendum, et frigida ad ingrossandū. In confectiōe uero stipticorū non conficiat syrupus cum stipticis, nisi in uase lapideo, despumado ipsum cū cocleari ligneo: ut extrahat succus fructuū ipsorum post contritiōem ipsorum in mortario ligneo, uel lapideo: et non trahat succus post collectiōem fructuū incontinenti, imo dimittant prius per noctem unā. Et de uiolis auferant stiptites, et capita, seu botri. Et de rosis auferantur capita seu botri, et semia. Nenufaris solū flores et folia: teneant ad usum. Radices uero, et oēs res sicca, infundant in aqua, & diu morent, prius q̄ decoquant. Recentēs tamē, hora qua colligunt in decoctiōem mittantur. Res quæ transmutari debent, sicut rosæ, mittantur in aquā, de quibus fit aqua rosarū rubea: transmutent reuoluendo, tritis prius: & syrupi decoquant, adeo despumado ipsos, donec mundificent, et clarescant. Syrupi uero, qui cum acetosis conficiunt, decoquant adeo, donec ad quantitatem zacchari reducant. Syrupi qui fiunt cū dulcibus, adeo decoquant, donec a corruptione seruent. Albugines uero ouorū cum aqua & zaccharo ductæ, cōmisce ante cocturā syruporū. Quod si necesse fuerit, aquam & spēs miscere syrupis, non misceant, nisi prope finē decoctiōis ipsorū. Ignis uero, quo decoqui debent, sit suauis circa latus unū rosis submissus, ad hoc, quod spuma cadat circa latus idem. Narratio uero quā de Cameris fecimus, fuit, quia loca sunt cōuenientia spiritui animali, et uitali, quarū inspiratus aēr fit uacuuus omnibus malis, & corruptis humoribus & qualitatibus, præparatus cum odorib. aromaticis. Et æstate pateant ostia, & fenestrae uentis septentrionalibus, ad alterandas corruptiones ipsarū. In hyeme uero pateant, ut solis disponatur ingressui, qui subtiliet aerem, & uapores ipsarū. Quāplures uero affectant, ut Camerae depictæ sint, de picturis, figuris, et statuis: quod sensus odoratus, & uisus delectationē percipiunt. Nam propter assiduū ad figuras aspectū, prouocabitur somnus, sicut prouocatur cum historiæ audiuntur, in quibus animus delectatur.

Syruporum
confectiones
uariae

Præparatio
Camerae.

CANON QVADRAGESIMVS,

De Aëre temperato, & distemperato. Ad Tacuinum 39.

AER ALIUS temperatus, alius distemperatus. Temperatus est,

Aër temperatus.

Distemperatus.

Ventorum operatio.

qui est subtilis, de uaporibus, delectabilis odoris, quo nec sudant corpora, nec frigescent, uelocis mutationis ad caliditatem & frigiditatem. In solis ortu & occasu confortat uirtutes, obtemperans complexiones, & mundificans humores, & clarificans spiritus, et meliorans digestionem. Distemperatus uero, in tota substantia sua est sicut aër epidimitus. Qui accidit duobus modis. Vno, ex mixtione uaporum corruptentium aërem inspiratum, resolutorum ex lacubus circumiacentibus ciuitatibus, uel ex cadaueribus accidentibus ex interitu bestiarum, uel occisione in praelijs accidente: propter quæ accidunt periculosæ ægriitudines. Alio, ex mutatione aëris ex anni temporibus accidente. sicut hyems cum fuerit calida, & non pluuiosa: & æstas econtrario. Et si in qualitate sua: scilicet cum erit calidior, aut frigidior temperato: & hoc quinque modis. Primo causa temporum anni. Secundo ex ortu, & occasu magnarum stellarum, & elongatione seu appropinquatione ipsarum ad solem, sicut Alhabor, et Cauda ursi. Tertio causa uentorum. Nam Septentrio prolongat uitam, et decorat corpora, sicut est uidere in Sclauis. Meridionalis uero econuerso, Orientalis est temperatus, similis ueri, Occidentalis uariatur, sicut Autumnus. Quarto causa regionum: quæ diuiditur quinque modis. Primo ratione uentorum, sicut diximus. Secundo ex situ ciuitatum, uel terrarum. Nam terrarum altarum, aër & aqua sunt clari, & colores incolarum pulchri: imarum uero econtrario. Tertio ex uicinitate montium: quia quedam regiones sunt habentes montes interpositos, & obstantes uentis meridionalibus, sicut incolæ regionum septentrionalium. Quarto ex uicinitate Marium. Nam quando fuerint maria ex parte meridionali, erit meridionalis. Quinto ex mobili superficie terræ. Nam terra saxosa est frigida, & sicca, & aqua eius frigidior aquæ terræ limosæ & lutosæ, lapillosa, calida. Quinto ex permutatione in qualitate aëris proueniente ex ascensione uaporum, & non in substantia eius: sicut diximus de aëre epidimito. Et est possibile, quod regio sit duarum naturarum, uel trium: quæ permutabunt dispositiones, figuræ, & anni tempora secundum se.

CANON QVADRAGESIMVS

primus, De habitatoribus Conuallium, & discrimine
Aëris. Ad Tacuinum 40.

Alb. Preparatoria Dentium, secundum Maymonem. Eligitur ex eo recens, ponderosum, cuius natura est calida & sicca: uerum siccitas est fortior caliditate. Hæc enim sua siccitate confortant gingiuas, & dentes: & sua caliditate inflationes ipsorum soluuntur. Quod quia uentositatem generat, addit in coitu, & appetitu combinationis: & maxime quando miscetur in medicinis eorum compositum simile.

Ra. Maheleb. Ex laudabilioribus lauacris, accipitur tantum ex uirgis & ramis melioris odoris: & quod ex ligno eius melius est, album, plenum, saporitum, Margaritaceum, & delatum de partibus Aldrabinigen & Vehemit. Et dicitur, quod sit temperatum in caliditate, auferens sua mundificatione odores horribiles, qui sunt ex carnibus pinguibus. Dissolutione etiam, & aromaticitate (alias, attractione) frangit lapidem, & mollificat duros tumores. Abstergit lentigines, aperiens opilationem, necans lumbricos: & aufert reumata, quæ sunt in pectore, & pulmone.

Aqua Camphoræ. Dixerunt ueteres cōfectionarij, quod sit aqua destillans ex cortice arboris Camphoræ Carassæ: unde ab ipsa egreditur. Et dixerūt, qui hoc uiderūt, quod ex Camphora quoddam est, quod reperitur in corticibus arborum suarū, clarum: & aliud est de Camphora. Et quoddam est, quod reperitur inter cortices arborum, & lippos ipsorum: quod decoquitur, & colatur, post cuius cocturam (alias, colaturā) separatur aquositas ipsius. Et eius proprietates est, quando ponitur in cibis, muscæ elongabunt se ab eis. Item Origanum puluerizatum, & sparsum, super pisces, uel carnes, uel alia cibaria, fugat muscas ab eis.

Ior. Vluem, siue Istercus palserum. Berbim locus regionis Castrie, ubi eligitur habens grana grosa & alba: quæ debent poni in aqua rosacea, & siccari in umbra: deinde redigantur in puluerem, & in uasellis reponantur uitreis: postmodum ducatur super plano lapide, et reseruetur: quo utimur ad suffumigandum, contra toxica. Gal. dixit, quod lauant intestina, prosunt dysenterijs ipsorum, nocent uelicæ. Aufertur tamen eius nocumentum cum melle. Et uisus fuit quidam, qui utebatur comestione ipsius, & incurrit hydropsim. Et sapor eius est multæ mundificationis, nocens oculis, & ori.

Ra. Ciperi. Eliguntur de partibus Cussi, parui, quorum herba breuis, & unctuosa grana ipsius, & quæ colliguntur ex pratis, & locis modicarum aquarum. Et post ipsos eliguntur qui sunt de partibus Baufari. Et post istos de partibus Rasis. Rasis ciuitas. Et omnes isti modi conferunt apostematibus oris, habentes in se uirtutem incisiuam, qua frangunt lapidem, & urinam, & menstrua prouocant: & confortant stomachum, qui est debilis digestionis: & calefaciunt & desiccant sine mordicatione.

Maf. Sandalus albus. Eligitur ad confortandum dentes, & gingiuas: & aromatizant oris odorem, conferentes sodæ accidenti ex caliditate. Confecti tamen cum medicinis hepatis & stomachi, confortabunt eos. Et liniri super inflationes calidas, in principio prodest, & maxime inflammationibus hepatis & stomachi. Rubei tamen ex eis frigidiores sunt albis, quorum iuuamentum æquale est iuuamento alborum. Sandali uero cum confricantur, ex frictione caliditate acquirunt, sicut acquiruntur farina ex molitura, & ferculū ab igne.

Di. Rosæ. Sunt diuersarum partium. Nam in quibusdam ex eis uincit amaritudo: & sunt partes calidæ, subtiles. Et in quibusdam siccitas: quæ sunt frigidæ, & grosæ. Et in quibusdam aquositas: quæ sunt saporis insipidi. In quibusdam totaliter uincit frigiditas: quæ sunt mediocres inter grosiciem & subtilitatem, & sunt confortantes cerebrum calidum.

Apia huc que supra fol. 24. & 25. Canone 27.

H 3



Preparatoria Dentium.

Maheleb.

Aqua Camphoræ.

Vluem.

Ciperi.

Sandalus albus, & rubeus.

Rosæ.

De Aquis pluuiialibus, & Fontium,

Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | |
|---|-----|----------------------|--|---|---|---|--|--|
| A | 185 | Aqua fontium. | Fri. & hu. in 4. Frigida, & hu- mida. | Ex fontibus orientali- bus. | Hepati cali- do, & dige- stioni. | Infrigidat, & efficiunt infla- tiones humi- das. | Cum balneo, & exercitio moderato. | Caldas. Aestiu. |
| | 184 | Aqua pluuialis. | Fri. & hu. in 4. Habens aliquod caliditatis. | Ex bona ter- ra recepta. | Tussi. | Rauitati, si corrupta fuerit. | Cum calesit, (alias, quado colligit mese Ianua. ij.) | Omnibus. Aestiu. |
| B | 187 | Nix, et glacies. | Fri. et hum. in 4. Fri. naturaliter, sic aciditatis. | Ex aqua dul- ci existente. | Digestionem meliorat. | Tussim com- mouet. | Bibenda au- tea modi- cum. | Mercurius. Aestiu. |
| | 186 | Aq. mui mixta. | Fri. & sic in 1. Fri. naturaliter, & aciditatis. | Cum misce- tur cum a- qua. | Digestioni, & praeseruat ab inflatione hu- mida. | Pectori, & guttur. | Cum balneo, & debili mo- tu. | Caldas. Aestiu. |
| C | 187 | Aqua calida. | Fri. & hu. in 1. Cali. acidita- tatis. | Tepida, dul- cis. | Mundificat uillos sto- machi. | Laxat instru- menta dige- stionis. | Cum misce- tur aqua ro- facea. | Frigida. Hyem. |
| | 188 | Aqua fassa. | Cali. & sic in 2. Cali. & sic. | Non amara, & fluens. | Soluit cor- pus. | Prurium ef- ficat. | Cum misce- tur cu' hono lu- to, et itur post eius potu ad balneum. | Frigida. Hyem. |
| D | 189 | Aqua alliuola. | Fri. & sic in 1. Frigi. & sicca. | Quae potest potari, & est modice sili- plicitatis. | Hemorrhoi- dibus, & flu- xui uentris. | Desiccet cor- pus. | Cum rebus humidis, & dulci uino. | Mercurius. Ver. |
| | | Nominat. Numerus. | Gradus. Natu- ra. | MELI- VS EX R B ipsa quam queris. | I V V A- M E N- T V M eius. | N O C V- M E N- T V M eius. | R E M O- t i o N o c u- s m e n- t i eius. | Regiones. Tempora. Aetates. Complexiones. Quid generati. |

D O M V S T A C V I N O R V M

Opiniones Philosophorum.

Electiones, & Proprietates.

Hip. G. **Aqua fontium.** Ordiuntur Aquæ fontium quæ multæ sunt frigiditatis: & aquæ locorum arenosorum, quando a ieiunis bibuntur: quia obsunt stomacho, dentibus, inflati-
oni, neruis, ossibus, & cerebro: eo quod sunt frigidæ complexionis. Sunt etiam malæ quæ dantur in balneis, & post coitum, & in exercitio for-
ti, & siti quæ de nocte accidunt in somno. eo quod calorem na-
turalem extinguit. Nisi sitis fuerit occasione febris, ci-
bi saluti, aut rerum calidarum & siccarum.

Hip. G. Ori. **Aqua pluuiialis** Hipp. dicit, quod Aqua pluuiialis est melior inter aquas, leuior, & dulci-
or: eo quod subtilius est quod sol ex aquis extrahit: quæ licet corrumpitur, sua subtilitate, &
non malicia corrumpitur. Nam omne leuiter corruptibile est subtile. Et cum corrup-
pitur aqua, rautatem facit, (alias, siccitatem) & febres: & cum non corrup-
pitur, est bona. Melior tamen ex aquis, est, quæ pluit suauius, & pau-
latim, & cum tonitruis: prima causa, propter ipsius subtilita-
tem, quæ in ea existit: & secunda, propter motum nubium ipsam subtiliantem.

G. Mal. Job. **Nix & Glacies.** Nix quædam est glacies, & quædam gelu. Et de Glacie melius est, & peius se-
cundum maneriem loci in quo reperitur. Et de glaciibus melius est quod ceciderit super saxis,
terris duris, et bonis arenis. Et cum acciderit non nisi malam aquam habere, tempera eam
cum hac niue. Et de niuibus peius est, quod super mineras ceciderit. Et Nix li-
cet sit frigida, & sicca in substantia, iudicat tamen Medicus in ea
secundum opinionem (in alio, operationem) secun-
dum quam est humida.

Mal. Job. An. **Aqua Niui mixta.** Qui usus fuerit potu aquarum fluentium de fontibus, & in frigidatarum
in aere, & conseruatarum in arena, in domibus, non indiget niue: quia si niuis nocumen-
tum non appareat iuuenibus incontinenti, tamen accrescens antea modicum appare-
bit decrepitis, & præcipue illis, qui consueti sunt pati podagram, seu ægritu-
dines neruorum. Et quæ aqua non nutriat, signum est, quod non in-
spissatur dum coquitur, & famelicum non satiat, nec dige-
sta dicitur, nec prouocat appetitum.

G. Ka. Job. **Aqua calida.** Eligitur ieiunis: quia stomachum lauat a ciborum superfluitate. Et possibile
est, quod uentrem laxet, maxime cum Zacharo mixta, & melle: cuius usus destruit digestio-
nem, laxat stomachum & corpus, & prouocat fluxum sanguinis de naribus. Sed illa quæ nec
est frigida, nec tepida, corpus inflat, & appetitum debilitat, & uisum: & sitim non sedat.
Scias, quod eam subtiliat ignis, quando causa grossicie ipsius fuerit frigi-
ditas: & ingrossat, quando causa grossicie fuerit cali-
ditas. sicut in Nilo, in terra Aegypti.

Aqua falsa. Primo laxat corpus, deinde stringit & desiccatur. Sulphurea uero, & picea, & de
Naphtha profunt scabiei, apostematibus ueteribus, & hydropicis. Aqua uero aeris, urinam
constipat: & aqua quæ egreditur ex mineris argenteis in frigidat, & desiccatur tempera-
te. Aqua siquidem terrea, prodest stomacho, & inflationi splenis, & calefa-
cit & desiccatur. Aqua tamen falsa, cum miscetur cum Sanich in uasis
no uis creteis: deinde perforatur fundus uasis subtili foramine:
aqua destillans exinde potata super pingues cibos, aufert nocumentum ipsorum.

Aqua Aluminosa. Aquæ omnes humidæ sunt conuenientes ad curandum ab exteriori corpore, non
ad potandum. Tamen si potare aliquis indigeat, miscet eam cum eis de luto sue regionis: uel bulliat prius,
& misceat eam cum eis uinum stipticum, si assumptes fuerint frigida complexionis. Si uero fuerint calida, dentur ce-
pæ præparatæ cum aceto in comestione, et in potu syrupus acetosus. Et in aqua quæ sunt malæ qualitatis,
coquat cicera, et colatæ dentur ad bibendum: post quæ etiam conuenienter dantur cepæ præparatæ cum aceto: et
annas comedat de pastinacis syluestribus, piscibus salitis, uel cucurbitis. Etiam aqua turbida clara effi-
ciunt, quæ ponuntur in ea alumine, uel medulla nucleorum chrysolomorum, i. piscorum, seu carbones accensæ.

Apta huc que
supra fol. 52.
Canon. 21.

H 2



Aqua fon-
tium.

Aqua plu-
uialis.

Nix & Gla-
cies.

Aqua Niui
mixta.

Aqua calida.

Aqua falsa.

Aqua fluminosa.

De Vinis fructuum uuarum, & de caurela ad Ebrietatem, & Anxietatibus. In uamenta rationalia.

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|-----|-----------------------------|------------------------|--|---|--------------------------------|---|-------------------------|-------------------------|--------------------------|------------------------|------------------------|------------------------|------------------------|------------------------|------------------------|------------------------|------------------------|------------------------|------------------------|
| A | 198 | Vinum. Ioh. cali. floc. | Cal. et floc. in 2. | Citrinum, odoriferum. | Famem sedat. | Bibitum immoderate. | Cū rebus secundæ mēse, & cum aqua mixtum, | Sang. calore tēperatus. | Frigidis. Deceptis. | Cibus per arsa. Hyem. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. |
| B | 197 | Vinum odoriferum. | Cal. in 2. floc. in 1. | Unctuosum, odoriferum. | Cūrat ophthalmiam. | Sensibus, & memoria pererorum. | Cum pomis mūzis, & mellis lactu-carum. | Sang. humilis, acutus. | Frigidis. Deceptis. | Hyem. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. |
| C | 192 | Vinum rubeum grossum. | Cal. & floc. in 2. | Splendidum. | Sedat syncope (alias, fnum.) | Spleni, & hepatis debilibus. | Cum granatis acetosis. | Cholera rubea. | Frigidis. Deceptis. | Hyem. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. |
| D | 193 | Vinum acutum. | Cal. & floc. in 2. | Annale, et lucidum. | Aufert nocum mentium toxicorum. | Sedat coitus appetitum. | Cum Cidonijs mūzis. | Cholera acuta. | Frigidis. Deceptis. | Hyem. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. |
| E | 194 | Vinum rubeum, riacrofolium. | Cal. & succ. in 2. | Quod fit de uinea quæ diffunditur. | Cholericis. | Neruis, & uisceribus. | Cum chaloecidæ mēsa. | Sang. mūmūdus. | Temperans. Frigidis. | Hyem. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. |
| F | 197 | Vinum de da-tylis. | Cal. & hum. in 1. | Factum ex rutab melle ipsius. | Impiguit corpus, & laxat. | Opilat. | Cum granatis dulcibus. | Sang. rubeum, acutus. | Frigidis. Deceptis. | Hyem. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. |
| G | 195 | Vinum amarum. | Cal. et floc. in 2. | Magne, dulces, & unctuosæ. | Comeste ante potū pseruat ab ebrietate, & anxietatibus. abstergūt lentigines. | Intestinis. | Cum ferūtur cū amigdalibus dulcibus, pauperibus, seu zucharo. | Humor indigestus. | Frigidis. Deceptis. | Hyem. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. | Frigidis. Deceptis. |
| H | | Nominata. | Gradus. | MELI VS EX RE ipsa quam queris. | IYVA MEN TVM eius. | NOCVS MEN TVM eius. | REMO tio NOCV menti eius. | Quid generat. | Copexiones. | Tempora. | Acates. | Copexiones. | Quid generat. | Tempora. | Acates. | Copexiones. | Quid generat. | Tempora. | Acates. | Copexiones. |

DOMVS TACVINORVM

Hip. G. D. **Vinum.** Diuerficatur in colore, odore, & sapore, ordine, potu, & tempore. Vinum album est modicæ caliditatis, & modici nutrimenti, uelox ad digerendum: nigrum uero econuerso. Odoriferum uero bonum sanguinem facit. Horribilis uero odoris, econtrario. Dulce est uelocis digestionis, fluere facit uentrem minus quam urinam: stipticum uero econtrario, Grossum est multi nutrimenti, & difficilis descensionis: subtile uero econtrario, Vinum nouum est inflatum: uetus uero alleuians.

Hip. G. **Vinum uetus odoriferum.** In ultimitate est calidum in tertio gradu, Nouum uero in primo. Medium inter hæc est calidum in secundo. Habentibus uero complexionibus calidas, nocet uinum citrinum, & rubeum, splendidum, uetus, amarum, & purum: eo quod inducit Sodom, anxietates, & uigilias, maxime habentibus hepar & cerebrum calidum, nam somnus & uigiliae sunt iuxta caliditatem, & frigiditatem cerebri & uini. Habentibus uero complexionibus contemperatas, prodest uinum rosaceum, non antiquum, moderatum in quantitate & lymphatione.

Hip. G. R. Ioh. **Vinum rubeum grossum.** Vinum grossum, nouum & dulce, est plurimi nutrimenti, & maxime nociuum stomacho: deterius uero est eo, nigrum, grossum, & dulce: hoc uero deterius est, nigrum, grossum & stipticum: eo quod est difficilis descensionis. Album uero inter omnia uina est minoris caliditatis: cuius nutrimentum est magis iuuatum calefactis, & ad prouocandum urinam: & præcipue subtile ex eo: eo quod omne uinum album est stipticum, grossum, uel aquaticum subtile: dulce uero nunquam. Omne uero uinum nigrum dulce est.

Vinum citrinum acutum. Quare uinum citrinum acutum, noceat conualescentibus & debilibus hñtibus corpora, est, ppter siccitatem & acuitatem ipsius. Et quare etiã sedat coitum, est: q̃a caliditas, qua cõplei cõbinatio & digestio spermatis, extrahit ad superficiem corporis ex gaudio, et uini subtilitate. Et causa quare hñtes cal. cõplexiones inebriant citius potando ex scyathis paruis, q̃ in magnis, est: q̃a modicum uinum paruo scyatho cõtentum, uelocius digerit, cerebrum ascendens, cuius uapores uelocius in cerebrum ascendunt, unde citius inebriat, & uelocius multo. Et quare accidat occasio potatõis uini tremor, & nutabilitas, q̃uis ipm sit calidum, est: q̃a tremor accidit occasioe flegmatu generatorum ex mala digestionem: & frigiditas accidit, q̃a aer ingreditur poros, q̃s uinum aperit.

G. O. M. R. erglos faros. **Vini acetosum.** Quia colat uinum qd acescit a domo sua, uel sece, & pmutado miscet cu sece al terius boni uini, annullat acetositas eius. Cinis uitis albae uuaru, et passulae dissolutae, et cicera trita, & myrtus, qd libet ipsorum in uino qd acescere ceperit impositum, abscondit acetositate. Et qm uindemiant uuae, quae ceperunt aliquantulum desiccari in umbra, Luna existere diminuta lumine, qd exprimit & decoquit usq; ad consumptionem aquositate ipsarum, et repõnunt in uasis, orificia quorũ sunt cooperta lamina ferrea, applicetur tempore coruscationum, & tonitruorum, auferatur tempore boreali, assecratur hoc uinum, quod ab acetositate praeseruabitur.

Ra. Ioh. Mal. **Vinum de dactylis.** Eligunt ad potandum in quolibet uino cocto nuces tritae, ad auferendum fumum, si quis per ignem remanserit. Et ad faciendum ipsum clarum & mundum, sal adponendum est. Vinum uero de dactylis grossius est inter alia uina, & minoris caliditatis. Et uinum quod fit ex melle dactylorum, grossius est alijs uinis, & debilioris caliditatis, tardioris descensionis, & plurimum uentositatum, inter alia uina praedicta. Opilationem faciunt, maxime postquam ueterascunt. Vinum tamen mellitum fortioris est caliditatis inter alia uina, et magis operatur stuporem. Et uinum passulae est debilioris operationis, quam uinum grossum, nigrum. Vinum uero temperatum dicitur esse de numero electorum. Et uinum in quo ponit tecta, est frigidum, et stipticum, et dicitur a quibusda, qd est calidum & sic.

D. Ori. Ioh. **Amgdalae, maxime amarae.** Si ex succo foliorum uitis uuarum albae accipiantur 3. 2. & ex forti aceto 3. 1. & rob agrestae 3. 1. & seminis caulis 3. 2. et miscantur: ex ipso confecto inter potationes quantitates aliquae bibant: praeseruat ab ebrietate, & ebrietatis stupore. Et si adsumantur ex semine caulis 3. 2. & miscentur cum rob agrestae ante uini potationes, ab ebrietate praeseruat. Et si uoluerit aliquis bibere ab undate, cibum minuat. Et si assumat de brodio caulis pingui, & comeda de feludichi zaccharino, uel bibat de uino dulci qualibet uice ter, & odorem camphora, & nenufar, et non multiplice tur motus, uel loquela, praeseruat ab ebrietate. Processus uero & principium potationis inantea de ber esse a modico ad multum. Si datur in potu diligenti uinum aqua fructuum uitis, mixta uino in seio potare, uinum horrebit. Similiter si detur ante potum myrtus, seu ruta ad potandum, horrebit.

Eligitur potu uini Luna existente in signis aquaticis: praeter scorpionem. Deinde aerea Luna coniuncta cum Venere, & Ioue.

Eligitur existere ascendente in quinta domo illius, pro quo eligitur, et Luna existere in eo: & repudiatur si fuerit in octaua.

Repudiat Saturno existere in ascendente, propter impedimenta ipsius: & Marte, propter excessus, quos facit in potationibus: et cauda, ne te diosi superueniant.

Apta huc que supra fol. 26. & 27. Canone 29. notantur.



Vinum. Vinum uetus. Vinum rubeum grossum. Vinum citrinum. Vinum acetosum. Vinum de dactylis. Vinum Amgdalinum.

De Odonibus, & Floribus.

Iuamenta rationabilia,

| | | | | | | | |
|---------------|---|--|--|---|---|---|--|
| A 197 | Myrtus. Pit. in 2. sic. in 2. Ioh. et Iohann. cius frig. sic. | Castrububen, id est, con- tracta. | Hepati calo- ris empla- strata. | Vigilijs. | Cum uiolis recentibus. | Calidus. Iuuentibus. Calid. et hum. | Calidus. Iuuentibus. |
| B 198 | Rosa. Pit. in 2. sic. in 2. Ori. frigi. & si- pice. Q. diuer- sorum uirtutu. | De Iuri in Persia, re- centes. | Cerebro ca- lido. | Efficic quibus- dam mect- hur. | Cum cam- phora. | Calidus. Iuuentibus. | Calidus. Iuuentibus. |
| C 209 | Ocimumorigana. Calid. in 2. sic. in 2. Filius Ad. spate cali. filius Mun- ca. in 1. M. fr. & sic. lor. ca. et sic. | Organatu, p- pter sua frigi- ditate ratione uiscositas. | Dissoluit su- perfluitates cerebri. | Replet cere- brum frigidu superfluita- tibus. | Cum nau- star. | Temperatus. Iuuentibus. | Temperatus. Iuuentibus. |
| D 200 | Viola. Pit. in 1. hu. in 2. lor. frigi. & hu- mi. hinc quid- dam caliditas. | Azichne mul- tiplicium fo- liorum. | Odorata ad birsem, et eis potus laxat choleram. | Catarrum ex frigiditate. | Cum Cayni, & Saesuro. | Fandamans. Iuuentibus. | Fandamans. Iuuentibus. |
| E 201 | Lilia. Cal. in 1. hu. in 2. G. debilis cal. & spate humi. et superditate. lor. cal. & sic. | Coclesia. | Dissoluit su- perfluitates ce- rebri, & pur- gant aquam cinnam. | Sodam, ex ca- liditate. | Cum cam- phora. | Frigidus. Iuuentibus. | Frigidus. Iuuentibus. |
| F 202 | Citra. Cal. et sic. in 2. Cortex eius cal. & sic. similis gra- na Caro fr. et h. accosif. et sic. | De Fasli- gna, id est, regia. | Cu odore sto- conite, contra toxicu cu me- dicina: & cor- tex eius dige- rit ribum. | Cerebro cali- do, & est disti- ctis digestio- nis. | Cu uiolis o- doradis rec- tibus cu come- duni ps. cibum. | Frigidus. Iuuentibus. | Frigidus. Iuuentibus. |
| G 203 | Fructus madrag. Pit. in 2. sic. in 2. G. fr. uertitane est in eo hu. et lor. fr. & sic. ac- colit ipse f. et sic. | Magni, & o- doriferi. | Odorati ton- tra soda, pro- dest elephan- tie, & magnis infrigidatio- nibus cutis. | Heberant sen- sus, & somni- um prouo- cant. | Cum fructu hedore. | Calidus. Iuuentibus. | Calidus. Iuuentibus. |
| H Numerus. | Nomina. Numerus. | Gradus. Numerus. | MELI VSEX RE ipsa quam queris. | IUVAE MENA TVM eius. | NOCV MENA TVM eius. | REMO tio Nocu menti eius. | Tempora. Acetes. Complexiones. Quid generati. |

D O M V S T A C V I N O R V M

- Io.** **Myrtus.** Propter suam stipulitatem, est frigid. & sicc. & propter amaritudinem habet aliquid
G. cali. & humi. (in alio, subtilitatis.) Et Sanibucus est fortis caloris, & siccitatis. Et Sanibucus
Io. credo, prodest habentibus torturam oris, & paralyfim sola ex frigiditate. Rosæ gariofilatæ, no-
 minatæ arabice uistrim, propinquæ sunt Sambuco in uirtute: uerumtamē debiliores sunt eis,
 & delectabiliores. Narcissus temperatus in cali. & sicc. subtilitatuus, & dissolutiuus humidita-
 tum. Syluestris tamen fortior est, & calidior hortulano. Et campestris Narcissi si cepe accipia-
 tur, & aliquantulū scindatur in crucem, plantetur postmodū in uiridario, duplicabit flos eius.
- G.** **Rosæ.** Rosæ sunt diuersorum modorum. Nam ex eis sunt quædam rubæ, iplendidæ. Quæ
R. dam albæ. Et quædā citrinæ. Et quædam in exteriori superficie citrinæ, & in interiori sunt ni-
Mem. græ. Et earum naturæ sunt diuersarum uirtutum: uerumtamen omnes ad frigiditatem decli-
 nant: unde cerebrum infrigidant, & desiccant, & sedant caliditatem ipsius. Tamen haben-
 tibus frigidum cerebrum, catarrum faciunt. Et moschire, Cheri citrinum habet ali-
 quid caliditatis. Nigrum tamen est temperatum. Ior, tamen dicit
 quod sit calidum & siccum in secundo.
- G.** **Ocimum origanatum.** Habet in se caliditatem, qua dissoluit superfluitatem cerebri mode-
Io. rate. Quod si aspergatur aqua, seu infundatur, infrigidat, & humectat magis. Mentaltrum
Mem. calidum & siccum est in tertio gradu, dissolutiuum uehementer humiditatum cerebri. Cuius
 succus prodest singultui facto ex repletionē. Samsucus calidus & siccus in secundo dissoluti-
 uus, & subtilitatuus, nam dissoluit uentositates cerebri, & exopilat ipsum, & subtiliat humi-
 ditates eius. Cuius oleū prodest doloribus auriū, qui fiunt ex uentositate grossa. Et qñ ponitur
 succus eius in uentosa apposita locis sacrificatis, operat, q̄ cicatrices dictorū locorū deleanf.
- Io.** **Violæ.** Eliguntur contra cerebrum calidum propter suam frigiditatem; contra uigilias, quia
le. odoratæ faciunt uelociter dormire. Et si ponatur exterius supra caput recentes, faciunt urinam
 redolere sicut redolēt ipsæ, sicut accidit cum Alcanna unctis; eo quod urina eodem colore tin-
 gatur. Et Nenufar simile est uiolis in uirtute, et iuamento: uerūtamen frigidius est eis, propter
 quod abscondit sodam contingentē ex caliditate. Et ipsum est duorū modorū, citrinū syluestre,
 & cœlestē hortulanū: uerum cœlestē delectabilius est, et humidius. Flos Panis porcini calidus
 est & siccus: qui si uino infundatur, et postmodū uinum ipsum bibatur, inebriat.
- G.** **Lilium.** Est diuersiorum modorum: uerumtamen quodlibet calidum est, dissolutiuum ce-
D. rebri. Et Cheri citrinum est calidum, subtilitatuus, & dissolutiuum temperatum: licet om-
Mem. nes altæ maneries eius sint temperatæ in caliditate & frigiditate. Ocimi gariofilati uir-
 tus propinqua est in operatione Samsuco. Rachacaromos sunt temperatæ
 complexionis, & delectabilis odoris, conferentes leuibus uentositati-
 bus cerebri. Fructus Hederæ sunt eiusdem uirtutis. Balschia
 uirtus est sicut uirtus fructus Hederæ.
- G.** **Citra.** Multæ prægnantiū comedunt ex eo, quando habent appetitus accidentales. Et ipsum
D. est contrariū mortalibus toxicis. Cuius cortex est calidus & siccus, et acutus. Et acetosum ipsi
Io. us frigi. & sicc. in tertio. Et caro ipsius inter hæc ex sua acuitate & aromaticitate confortat sto-
 machum, & confert digestionē: cuius caliditas propinqua est temperantiæ. Et acetosum ipsi-
 us incidit & subtiliat: & caro eius mediocris est inter corticem, & acetosum ipsius. Bache-
 schon dixit in libro quem fecit in Maymonem, & filius Embrahi dixit, quod si come-
 datur de nocte, strombosilitatem facit (in alio, stribosilitatem.)
- G.** **Fructus Mandragoræ.** Hi infrigidant cerebrum, & humectant, & illud insensibile red-
D. dunt. Arangi dissoluunt uentositates frigidas, & sunt Citris subtiliores. Limon-
Io. celli similes sunt eis in odore, & operatione ad cerebrum. Citoniorum
 uero odor est infrigidans, & confortans cerebrum, &
 animam: tamen odor Citoniorum abscondit
 abominaciones, & uomitus.

Apta huc que
 supra fol. 27.
 Canone. 10.



Myrtus.

Rosa.

Ocimum origanatum.

Viola.

Lilia.

Citra.

Fructus Mandragoræ.

Iuuamentū, & nocumentū eorum quæ appropriantur secundæ mensæ.

Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | |
|---|-----|---|---|----------------------------|---------------------------------------|---|--|--|--|
| A | 204 | Cal. & hu. in 1. lor. ca. & hu. D. hñes in se stipti. Canna mellis. | Multæ succo- sitas, & dul- cedinis. | Pectori, & tusi. | Generat uen- rositatem. | Cum lauan- tur cum aqua calida. | Phlegm. Sang. reperate. | Quibus report- untur. | Quibus report- untur. |
| B | 205 | Cal. in 1. h. in 2. Temperatum in caliditate. Candi. | Purū, trans- parens, & leue. | Cannæ pul- monis. | Stomachis cholericis. | Cum muis fructibus. | Temperatis. Humor lauda- bilis. | Omnibus. | Omnibus. |
| C | 206 | Fr. ga. sic. in 1. Ca. sua falsitie. grāliter fr. et fi. Lenti coraceni. | Leue, & fra- gile. | Abscindituo- mitum. | Generat la- pidem in re- nibus. | Cum fructi- bus muis, sy- rupo acetofo de seminib. | Nutritum secum. | Cal. & humi. Dectipis, cali- dis in uirtute. | Cal. & Regna. Hyemi: quia d. gere facit. |
| D | 207 | Cal. & sic. in 1. Ori. cal. et sic. lor. cali. & hu. Fetuce: al. in 1. | Antiquæ, & magne. | Morsui ser- pentum. | Facit uerti- gines. | Cum chry- solmelis sic- cis. | Frigidis. Sang. declinans ad siccitatem. | Senectui. | Frigidis. Hyemi. |
| E | 208 | Ca. in 1. hu. in 1. M. c. eth. minus q. nuc. R. c. h. Nucleæ. | Grossæ, hu- morosæ. | Addit in ce- rebro. | Offendit sto- machum. | Cum Pen- dys. | Frigidis. Sang. non bo- nus. | Dectipis. | Seruentia. Hyemi. |
| F | 209 | Cal. et sic. in 1. lor. torrefacti corieb. c. & fi. Amigd. c. f. a. e. | Cuius cordi- ces fricando separantur. | Retardant e- brietatem. | Fasidium. | Cum uino citino. | Phlegma, la- sum. | Iuuenibus. | Periculis. Hyemi. |
| G | 210 | Cal. & sic. in 1. Rabes. | Conserua- tum in ni- ue. | Variolis, & morbillis. | Pectori, & coicæ. | Cum citris conditis. | Calidis. Humor immū- dus. | Iuuenibus. | Periculis. V. est. |
| H | | Nonina. Numerus. | GRADUS. NATURÆ. | IVVA- MENTUM eius. | NOCU- MENTUM eius. | REMO- tio NOCU- menti eius. | Complexiones. Quid generat. | Acetate. | Periculis. 1. capora. |

• D O M V S T A C V I N O R V M

Opiniones Philosphorum. Electiones, & Proprietates.

- D. Cannæ Mellis.** Sunt temperatæ caliditatis, conferentes asperitati pectoris, gulæ, & can-
lo. næ pulmonis, mundificantes humiditatem existentem in eis: & urinam prouocant.
R. Quarum uentositates sedantur per excoriationem, & ablutionem aquæ
 calidæ. Penidiæ uero calidæ & humidæ sunt: conferentes pe-
 ctori, & tussi: lubricant uentrem, generant sangui-
 nem temperatum, & ex eis meliores sunt,
 quæ conficiuntur ex puriori zaccharo.
- Io. Candi.** Clarificant guttur, ad quod fluunt humiditates capitis, propter clamorem, & can-
lia. tum, tussim & raucitatem, soluentes & conferentes pectori & pulmone. Et quan-
 do præparantur cum succo Coriandi recentis, et papaueribus, erunt ma-
 gis conuenientes habentibus complexiones calidas. Et tin-
 cti, seu infusi cum azurio, conferunt melan-
 choliæ, & subtiliant ipsam.
- Io. Lutum corascenum.** Eligitur ut comedatur post cibum ad meliorandū digestionem, & robo-
le. randum, seu cōstringendū orificium stomachi, & maxime post assumptionē unctuosorū: et est
G. desiccatiuū humiditatis stomachi. Et quantitas ex eis conferens, est ab una dragma usq; ad au-
 reum: & si hanc quantitatem exceiserit, operatur inflationem, opilationem, & citrinitatem. Et
 habentibus uenas largas, minus obstat q̄ alijs. Habet etiam in se aliquid caloris, propter false-
 dinem, & nutrit nonnulla de animalibus: eo quod est terra munda. Proprietas tamen
 luti prædicti, diuersatur secundum diuersitatem speciei ipsius.
- Ori. Festucæ, uel Festicæ.** Eliguntur habentes in se stipticitatem, & aromaticitatem, ad conferen-
lo. dum stomacho, & expellendum humores pectoris, hepatis, & pulmonis, & mun-
Gal. dificandum renes. Verum stipticitatem non habentes parum conferunt,
 aut nocent stomacho, & parum laxant, imo nutriunt modi-
 co nutrimento, sunt tamen comedendæ post ci-
 bum. Agricolaæ autem dicunt, quod fiunt
 ex infertione amigdalarum, in lentiscis, seu faucis hortulanis.
- Theo. Nucellæ.** Hipp. dicit, quod Nucellæ magis nutriunt nucibus, & sunt difficilioris digestio-
Mal. nis, nisi corticibus mundatæ fuerint. Quarum cortices sunt stipticæ, uentrem stringen-
 tes, & habentes multum uentositatis: & uentositatem generant. Dixerunt ue-
 ro quidam de antiquis, quando comeduntur cum ruta ante cibum,
 non læduntur comedentes a morsu reptilium. Fertur etiam,
 quod scorpiones fugiunt eas. Et quando comeduntur
 cum ficibus, conferunt morsis ab eis.
- G. Amigdalæ cum sale.** Amigdalæ cum uino odiuntur, nisi ab eis, qui habent in stomacho ste-
D. gma: quæ boni sunt saporis, præparatæ cum sale: & sunt conferentes mundificationi pecto-
R. ris, & pulmonis, & faciunt uentrem laxum: eo quod habent in se absterfionem. Amaræ tam-
Cor. en ex eis sunt magis absterfionem pectoris, & pulmonis, & exopilatiuæ opilationum sple-
 nis, hepatis, renum & uelicæ. Sunt etiam utiles ad prouocandum urinam:
 & cum fuerint uehementioris amaritudinis, erunt fortiores
 in huiusmodi operationibus.
- Io. Rabes.** Eligitur pro stomacho debili, & cholericō, ut confortet orificium suum, & sedet
le. abominations eius. Et prohibet uapores uini ascendentes ad cerebrum, & con-
Ma. fortat uentrem debilem. Naturam stringit, & rectificat pectus. Ve-
 rum nocet decrepitis, & habentibus com-
 plexiones frigidas.

Apia huc que
 supra fol. 25,
 Canone, 21.

I



Cannæ mellis. Candi. Lutū corascenū. Festuca. Nucellæ. Amigdalæ cū sale. Rabes.

De Musica, & Accidentibus Animæ, & medicis mundificantibus Corpus. Iuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | | |
|---|-----|-----------------|--|---|---|--|---|----------|----------|----------|
| A | 211 | Cantus. | Concordari uocibus infirmis, quorum nature fit usus. | Qui allicit aures. | Liberat ab aegritudinibus. | Quando assuefcunt propter delectationem. | Cum uirur per iuamentum tantum. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |
| B | 212 | Organū, Fiftu. | Vox quadam uolentis. | Quod est proportionatum concorditer cum uoce. | Quando cantatur suauiter. | Quod discorditer cantat, quod ipfor alterū uix audiat. | Cum proportio nabiliter concordatur. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |
| C | 213 | Sonare, falare. | Mouere pedes, & personā proportionate ad fonum. | Quod proportio nabiliter ad æquat intentione cantus, & actus psonæ. | Participatio uidedi, et audiendi delectationem con fonandæ. | Cum receditur a consonantia notarum. | Reditus ad notam consonantiam. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |
| D | 214 | Gaudia. | Exitus uirtutis uitalis, & caliditatis successive. | Quod ducit ad prosperitatem. | Periclitantibus, & tribus. | Eo quod multi plicati inorem inducit. | Cum in habitatione sapientu, et discretionis. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |
| E | 215 | Uerecundia. | Motus cordis ad interius, & exterius. | Absq; dera causa. | Ocultare uerecundiam. | Ex malo firrore uitalis. | Cum reformatione discretionis. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |
| F | 216 | Ira. | Ebullitio fan- guis in corde. | Impinguans, & colorē trāsmuratum reafituenis. | Paralyfi, & torturæ oris. | Consentientibus illicitè uoluntati. | Rectificanda cum curialitate philofophica. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |
| G | 217 | Litangium. | Temperatum in caliditate, & delicatuum. | Ex Pothem lucidum. | Deficcat apofitema, cum carnem generat. | Facit redire superfluitates ad cor. | Cum oleo rosaceo. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |
| H | | Nomina. | Gradus. | MELI VS EX RE ipsa quam quærit. | IVVA MEN TVM eius. | NOCV MEN TVM eius. | REMO tio Nocui menti eius. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |

D O M V S T A C V I N O R V M .

Opiniones Philosophorum.

Electiones, & Proprietates.

G. Cantus. Vox debilis & submissa, seu semitonia, est quæ nullam habet proportionem ad acuitatem, seu grauitatem, sed est solum, ut sit tonorum principium. Verumtamen uox illa submissa, seu semitonia, se habet ad tonum, sicut literæ se habent ad loquelam, nam ex eis componuntur, & ad eas resoluuntur. Et pulsatio instrumentorum se habet ad Cantum, sicut Ars uersificatoria ad uersus. Et numerus tonorum est secundum numerum complexionum: propter quod pro sunt ægritudinibus quæ fiunt propter accidentia animæ. Nam quidam Medicorum consueuerunt etiã curare cum eis uenâ sciaticam. Et Musica, sicut diximus, operatur ad animos.

Eligitur in cætu & pulsatione, & musica, quod sit Luna in signis æreis, & secundo igneis, coniuncta cum Venere, & Mercurio.

Is. Organare. Utilitas Organî, Cantus, & Pulsationis est, quod Cantor, seu Explicator tonorum aliquoties non potest uocem exaltare quantum conuenit, nec potest etiã complere quod uellet in chordis, & supplet illud organo, seu fistula mediante, sicut cantus qui fit supra Bemî, id est, species chordarum, est fortior quæ qui fit supra Zir: et debet esse quasi sonus fistulæ mediocris inter rellatorem, qui Cantor est, & inter non loquentem: qui sunt chordæ: propter quod diffiniuimus fistulationem, & diximus eam esse cantum in alio mutum. Et electi fuerunt ad fistulandum illi de Signa, quia habuerunt amplas maxillas, ad recipiendum aërem, et grossa labia, ad retinendum canulas fistulæ, & cor frigidum ad muniendas sufflationes (in alio, ad imitandas) & non sunt expediti ad cantandum.

Labis. Saltare. Donus Mulicorum instrumentorum, est genus saltationis, & modus motus localis. Qui diuidit in grauem primum, & leuem secundum ipsius: & in mediocrem, & leuem ipsius: & in sonum tonitrualem, & leuem. Et quilibet istorum habet sex modos ordinatos Cantum, scilicet Cantum planum, cantum in modum Auium, cantum altum, cantum suauem, strictum cantum, plurium notarum elongatarum a uersibus, & cantum multiplicium notarum, cantum diuersarum notarum recedentium a uoce, & recedentium ad primum cantum. Et saltatio quædam fit cum instrumentis: & quædam sine. Et Saltator debet esse leuis in sua natura, in arte commendandus, in corpore & statura temperatus.

G. Gaudia. Gaudium impinguat corpora macilenta, & gracilia: propter afflictiones, adæquando humores, & trahendo calorem naturalem exterius. Verum cum repente accidit, interimit: eo quod subito calorem naturalem exterius educit, propter quod gaudentibus sæpe oportet uel alijs cogitationibus. Angustia enim sunt opposita Gaudijs: & sunt nocitiua omnibus corporibus frigidis & siccis. Quæ si continuæ fuerint, interimunt: nisi quis utatur bona dieta, & animam regat bono regimine.

Hip. R. Verecundia. In Verecundia mouetur calor naturalis interius, fugiendo ab eo quod Verecundia induxit: propter quod color eius fit pallidus: deinde per cogitationem mouetur exterius, & efficitur color ipsius rubeus: & similiter in tristitia. Verum multi opinantur, quod in cogitatu tristitiæ, & uerecundiæ, calor reuocatur interius: & quando aliquis sperat obtinere de aliquo, calor reuocatur exterius. Et hæc species desiccatur corpus: propter quod apparet, quod quidam propter desperationem & spem patiuntur. Et colores sperantium sunt apparibiles, & desperantes sunt pallidi.

Ordinet, quod dux infortuna non sint in Ascendente, nec coniuncta Venere, Mercurio, & Luna.

Hip. G. Ori. M. Ira. Ex Ira multiplicata prouenit color citrinus, tremor, anxietas, & febris destructiua: nisi discretio naturalis expellat, & refrenet ipsam, & propterea obtemperetur. Contra confert timidus, & habentibus complexionibus frigidis: eo quod sanguinem ad exteriora transmittit, ruborem efficiens, & replet uenas: & sudorem prouocat. Timor uero est his oppositus: eo quod calor reuocatur interius: de quo possibile est, quod interimat Melancholicos, timentes ex re modica, et suspicantes suspitionibus mendacibus.

Caveas ne Luna sit in tempore electionis in 7. & 30.

R. Litargyrum. Tuchia, & semen Tamarisci cum teruntur, & miscentur cum aquis rosæ, sedant malum odorem sudoris uillarium & genitalium. Et succus foliorum liliorum, quando præparantur in uase terreo, & dimittitur quousque desiccetur, deinde teritur cum corpore uasis ipsius, prodest eisdem. Et si uoluerit aliquis quod pili uillarium pueri non nascantur, depilentur, & inungantur loca cum sanguine ranarum, uel testudinum, mixto cum ouis formicarum, seu cum oleo fellionis, id est, lacerta inhabitante domos: & rubor cum grossicie qui accidit in palpebris cum aqua rosa, in qua ponitur sumach, cum succo agrestis ueteri. Et cum sudor hominis multiplicabitur, unguatur corpus cum alchanna mixta cum succo foliorum liliorum.

Apra huc que supra sol. 28. & 29. Canone 32.



Cantus, Organum, Saltus, Gaudium, Verecundia, Ira, Litargyrum.

De Ebrietate, Vomitu, & confabulatorijs, Somno & Vigiljs.

Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | | | |
|---|----------|---------------------------|--|--|--|--|---|-----------------------------|----------|---|------------------------------|
| A | 218 | Ebrietas. | Agriano infirmitate sentit. | Quę delectationem non abscondit. | Grauibus doloribus. | Generatiōi, & cerebro. | Cum confortantibus cerebrū, et deinde cum uomitu. | Septentrionalis. | Frigida. | Deceptus. | Frigida. |
| B | 219 | Vomitus. | Exitus humorū, ut cibi contrarij. | Qui est facilis habetibus pectora ampla. | Stomacho, et inferioribus extremitatibus corporis. | Cerebro, & stricto pectori. | Cum ligatura oculorū, & anactu. | Septentrionalis. | Frigida. | Deceptus. | Quado ponitur a labore. |
| C | 220 | Raphani, et melle. | Galeni, f. in 1. Gal. et Ioh. ca. lid. & f. c. | Hortulani recentis. | Ante cibū ad uomendū, p. ad laxandū, & ad purgandū aquā citrinā. | Commouendo cibum, & humores. | Cum uomitu. | Septentrionalis. | Frigida. | Deceptus. | Calli, et humi. Humor malus. |
| D | 221 | Somnus. | Immobilitas sensuum. | Dormire s. horis, medijs iter duas primas noctis, & duas ultimas noctis. | Ad quiescendum, & digerendum. | Quado multiplicatur, desiccatur corpus. | Cū cibis humedantibus. | Omnibus. | Omnibus. | Deceptus. | Flegmaticis. |
| E | 222 | Confabulator. | Est una causa somni. | Conueniens naturę uolenti dormire. | Delectatibus in ipsis. | Si noluerit nisi unius confabulatorib. uti, et sunt plures confabulatores. | Nō audire, nisi ab uno singulariter. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus, præter pueris. | Omnibus. |
| F | 223 | Confabulatioes in somnis. | Rumores ueri, seu falsi. | Conuenientiores ad audiendum. | Inducit somnum. | Quado sunt rumores mali. | Comutando ingrata, ad grata. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus, sed hyeme magis. Vnicuique scdm. acritatem suam. | Omnibus. |
| G | 224 | Vigiliae. | Exercitium sensuum. | Quibus completur digestio. | Ad acquisitionem eorū quę sunt ad uitam. | Tedium sensuum quado excedunt. | Cum somno. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |
| H | Numerus. | Norma. | Gradus. Natur. | MBLIVS EXRE ipsa quam quęris. | IVVA MEN TVM eius. | NOCVMEN TVM eius. | REMOtio Nocummenti eius. | Complexiones. Quid generat. | Acetes. | Septentrionalis. | Temperata. |

D O M V S T A C V I N O R V M

Ebrietas. Vini potus, est res extra naturam : eo quod spiritus animalis uini uaporibus con- turbatur, & sensus, uirtutes, & operationes ipsorum concurrunt horribili cursu preci- pites : ita quod uinum ostendit ea quæ in sobrietate erant horribilia, in ebrietate grata. Et istorum aliqui naturaliter prouocantur ad iram, propter ebie- ratem. Quidam stultizant absq; ratione, & causa. Et quidam exube- rant in læticia. Et alij reputant se habere sapientiam, & non ebrietatē: et possibile est accidere, ut disputent in Legibus.

Vomitus. Aliquis de necessitate contingit : & aliquis est uoluntarius. Voluntarius est, sicut accidit utentibus uomitu ad mundificationem corporis. Aut per medicinam, sicut per Ane- tum. Aut absq; medicina, sicut accidit ipsa non utentibus. Qui uero accidit ex neces- sitate, accidit ex nocimento expulsiuæ uirtutis existentis in stomacho, Aut in sanitate, sicut accidit ebrijs, Aut in ægritudine, sicut accidit in crisi- bus, & diebus Canicularibus.

Eligitur Vo- mito Luna exi- stēte in māsio- nibus Septen- trionalib. con- iūcta planeta retrogrado.

Raphani, & sibi similia. Eligitur uomitus post exercitiū, balneum, & post potum syrūpi ace- rosi facti cum seminibus, post comestione piscium salitorum cum sinapi, & ferculorū, quæ di- cuntur Strydebeng, melonum, raphanorū, seu radicum : & post comestione de duabus horis, debet prouocari uomitus, istis assumptis, potando aquam aneti, aquā mellis, seu aquam cali- dam cum oleo sisamino : & bibendo uina diuersa, dulcia uidelicet & acetosa multoties. Deinde assumatur penna infusa in oleo, qua in gutture posita euomatur. Post uomitum uero lauetur os cum uino, & aqua rosea. Deinde recipiatur dosis una de syrūpo de pomis : & abstineat a cibo usq; ad consimilem horam alterius diei : deinde comedatur, & uomatur.

Somnus. Prolixus Somnus debilitat uirtutē & calorē naturalē. Et Sōnus breuis ipis, flegma gnat, et corpus extenuat. Mediocris uero excitat uirtutes, et calorē naturalē, et efficit cogitatio- nes bonas. Somnus atramē diuersificat secundū diuersitates assumptorū. Quia si fuerint in cor- pore uirtutē separantes, erit possibile, qd uirtus pereat : ppter qd iniungat post ciborū assump- tionē, multiplicantib. et sistētibus in principio paraxismoꝝ febrili, qd non dormiant, donec assumpti cibi plenitudo resoluatur, & alleuietur subsequenter. Quod si uacuū fuerit corpus, somnus infrigidat ipsum, & desiccabit, & uirtutem ipsius debilitat.

Confabulator. Debet recitator fabularū boni esse intellectus, in scientijs ipsius generis fabu- larū, in quibus delectat animus, potens abbreviare, et plangere cum uoluerit, Fabularū sermo- nes ipsos ornare, cōtinuare, & ordinare, ut cōuenit. Nec mutet suā effigiem in ipsa confabula- tione, nec plixitate sermonū uariet confabulatoris intentio. Sit uero cōfabulator ipse boni mo- di, et bonæ curialitatis, potēs sustinere uigilias, scrutator sermonū, hostoriarū Regū, & sermo- nū delectabiliū, et risum puocantiū : & uersuū, et Rithmorū cōscijs : ut propter ea Rex assumat plenitudinē gaudiorū. Nam propter hæc meliorat digestio eius, & mūdificabit spūs, et sanguis iporū, et uacabit a uarijs cogitatioib. et efficiet bonæ maneriei in riorib. et eueub. supeminētib. ei.

Confabulationes insomnis. Sermones confabulationum ut plurimum sunt de præteritis : qui aut sunt ueri, aut falsi, aut similes eis. Et diuersantur, aut iuxta desyderia intendētis. sicut sunt historæ Amatorum, sicut Tristrandi, & Isaldæ, & Paridis, & Helenæ. Aut iuxta delectationem, aut iuxta desyderia intellectus. sicut in scientijs, curialitatibus & historijs Ale- xandri, & similibus. Aut de pertinentibus iracundiæ, sicut bella, & prælia, & expugnationes castrorum, ciuitatum, & his similia confabulati- ones sunt de genere accidentium animæ.

Vigilia. Hæ naturaliter laxant corpus, & uirtutes naturales, animales, calorem natura- lem, & cordis caliditatem ad exteriora mouentes, per quos uigorantur sensus, & mo- tus uoluntarius, unde interius cor infrigidabitur, exterius calefiet. Cum ue- ro uigiliæ prolongantur, & somnus minuitur, addit desiccationem corpori & caliditatem, & corrumpit humiditatem cor- poris, & facit oculos concauos apparere.

Apta huc quæ supra fol. 29. Canone. 33.

I 3



Ebrietas, Vomitus, Raphani, Somnus, Confabulator, Loquēs in somnis, Vigilia.

De Purgatione, & Confipatione, & mundificatione
Dentium, & cura Librorum.

Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | | | |
|---|-----|------------------------------------|---|---|--|---|---|----------------------|-------------------|----------------------------|-----------------------|
| A | 317 | Purgatio. | Dominiū virtutis expulsiue. | Expellens humorem superfluum tantum. | Virtuti retentive quiescenti. | In purgatione excedens. | Cum scriptis. | Omnibus. Omnibus. | Omnibus. Hyem. | Iuuentus. Vet. & mediu. | Omnibus. Iuuentus. |
| B | 318 | Confipatio. | Victoria virtutis repentinæ. | Retinere virtutem, donec proficit. | Cōseruat humorum radices. | Retentioni suffluitatum. | Cum medicinis laxatiuis. | Omnibus. | Omnibus. | Ver. & mediu. | Iuuentus. |
| C | 319 | Couus. | Effluuiū cōbitatio cōparitiū, ad imitanda spect. | Qui fit donec cōplete spermatizetur. | Ad conseruationem speciei. | Hūitibus anhelitos frigidos, et siccos. | Cum cibis generantibus sperma. | Omnibus. | Omnibus. | Ver. & mediu. | Iuuentus. |
| D | 320 | Sperma. | Materiæ generatiue calidi & humidi. | Partiū quantitate, & qualitate in aqua, descendens ad fundum. | Generatiōni. | Cum in generatione fuerit defectus. | Cum cautela spermatis, & loci recipientis. | Omnibus. | Omnibus. | Ver. & mediu. | Iuuentus. |
| E | 321 | Mundificatio, et lauar. dentium. | Mundificatio, & confortatio. | Non offendentes gingiuas. | Locis grossis, & concauis. | Cōmouenda dentes, & deturpantia gingiuas, & excooriantia. | Cum non frequenter utitur eis. | Omnibus. | Omnibus. | Ver. & mediu. | Iuuentus. |
| F | 322 | Ebrietas. | Vini fastidium. | Quæ nunquam est bonum. | Nullum. | Cerebro, & virtutibus. | Cum odorationibus frigidis. | Omnibus. | Omnibus. | Ver. & mediu. | Iuuentus. |
| G | 323 | Foca ordeacea. (alias, ceruifera.) | Loc. & h. exoptans. G. f. & hu. imodica caliditate. | Acutum, speciatum. | Extinguit caliditatem acuitatis, & ebrietatis. | Nervos inflat, & facit fastidium. | Cū miscet cū succo limoncellos, et acetositate citri. | Omnibus. | Omnibus. | Ver. & mediu. | Iuuentus. |
| H | 324 | Numerus. | Gradus. | MELIUS EX RE ipsa quam quæris. | IVVA MENTVM eius. | NOCVM MENTVM eius. | REMOUS mentis eius. | Omnibus. | Omnibus. | Ver. & mediu. | Iuuentus. |

D O M V S T A C V I N O R V M

Electiones, & Proprietates.

Opiniones Philosphorum.

Hip. G. **Purgatio.** De rebus necessarijs est iuuare naturam, ad expellenda superflua. Hoc tamen uidentum est, quod si constipatio fuerit defectu cibi, & siccitatis causa, ordinetur quod cibus multiplicet, & humectetur cum brodijs pinguibus: & offis infusis in liquoribus humidis. Quod si fuerit ex assumptione cibi stiptici precedentis, qui constipauit, abstineat ab eo. Quod si fuerit ex abundantia cibi, elongetur. Quod si fuerit ex mala complexione, rectificetur mala complexio. Quod si fuerit ex retentione urinæ in renibus & uesica, sed ex caliditate acciderit, curetur cum seminibus cõibus, melonibus Indis, & Iudep. Si ex frigiditate, cum seminibus apij, & feniculi.

Hip. G. Ru. **Constipatio.** Si ex frigiditate acciderit, intret balneum, et fricet ibidem. Si ex caliditate, solū cum aqua tepida balneet, et oleo uiol. Quod si uoluerit quod egrediat de Branchos, id est, de aqua ubi fit Branchos, fiat cum aqua mellis gargarisua, abstergens dentes, & cum Masticis masticatione. Et expulsio rancositatis fit cum sternutatione, & positione faciei supra uapores aquæ calidæ. Et quod in stomacho est, trahendum est cum uomitu: & quod in pectore, cum decoctione ficuū, & radicū lilij, & capillorum Veneris, & cum comestione Butyri. Et si corpus fuerit plectoricum, trahatur humor uincens, cum medicina mundificante & euacuante cum phlebotomia.

G. Ru. **Coitus.** Natura in generatione delectatione fieri uoluit subitam, ducentem ad finem nobilem generati: ex qua delectatione quā plurima mouentur: quemadmodum anima rationalis. Et hoc accedit, quando fit pruritus quidam & titillatio: et precipue cum uidetur operari: & etiā cum quis cogitauerit super eo, in somno, seu uigilijs. Et illud quod maxime moderatum ex eo dicitur, est post cuius complementum accedit leuitas, et gaudium. Agens uero, seu coiens, non fit repletus cibo, neque famelicus: quia accidit opulatio, & desiccatio. Sit & tempus moderatum, & aer non epidimitus, & corpus non paratum ad ægritudinem.

Hip. G. Art. **Sperma.** Est ex superfluitatibus corporis nobilissimum: propter quod cum eius fit multa educatio, prosternitur uirtus, & accidit inde paralytis, tremor, & ægritudo iuncturarum, pulsatio cordis, sudor, apostema pectoris, & pulmonis, defectus appetitus ciborum, obscuritas uisus, & maxime decrepitas, & illis qui sunt frigidae complexionis. Non coeuntibus uero, sed coire somniantibus, accidit animi peruersitas, testiculorum inflatio, uersaliter ægritudines repletionum in corpore, & cerebro.

Ra. Bog. Iehu. **Mundificatoria.** Dentes uero offendit potus aquæ fri. post cibum cal. et Chaloe, et comestio lactis, et ciborum acutorum, et obstupescitio Dentiū, medicina uomitiua masticatio, regulariter dentes fragētes, & supflua mundificatio dentiū. Qui mundandi sunt cum fustibus botrorum dactyloꝝ, et maxie illorum de Metha. Et corrosio dentiū, lota, cum frustis ramorum perfici mundificetur. Debent etiā abstergi dentes cum panno linteo madefacto aqua ros. quibus apponendus est puluis confortatiuus, confectus ex ciperis, squinanto, rosis. Et de rebus etiā mundificantibus dentes, sunt carbonones nouiter facti ex lignis, & puluis terreus uasorum quæ ueniunt de Seni.

Maf. G. **Ebrietas.** Est eleuatio uaporum calidorum ex uino ad cerebra debilia. Cuius cura fit cum exercitio leui, & bainatione aquæ temperate, chaloe, potionem syruporum calorem extinguentium. Et abstinentia cibi curat ebrius, cum fuerit multa ebrietate grauatus: cuius etiā pedes fricentur, & cerebrum confortetur, & ingeniet, ut somnus inducat: ad quod operatio uini circa stomachum, & cerebrum sedat. Deinde cibetur cum cibo facto de caulibus, & cibo de lentibus preparatis cum liquore muzi saporis, & cum rebus acetosis, & etiā pullis gallinaceis preparatis cum liquore acetoso. Et hæc omnia fieri debent post usum muzorum fructuum.

Iudz. us. Gipti anus. **Foca. &c.** Iuuamentum Ebrietatis est illud, quod conficitur cum succo granatorum. Sed hordeaceum inflat, & speciatum calefacit & desiccatur. Quod conficitur de pane, & herbis, est minus inflatum hordeaceo: uerum præsuarat Ebrietate, si syrupo de limonibus, succo agrestis, & Rob, mirtilorum bibens, ante potum uini utatur, & potus duorum dauit cineres samentorum, cum uilleo, & aqua niuis, et potus uini lymphati, & claresfacti pau-lotenus in camera Septentrionali. Et de proprietate Focæ est, mollificare, & abstergere ebur cum infusum fuerit in eo.

Eligit in minutione manuum, cum sit Luna in mansionibus igneis: deinde in mansionibus aereis. Nisi luna fuerit in Geminis: & semel lunis melius, quam plenilunio.

Eligunt ad generationem masculorum, mansiones masculinæ, ex quibus meliores sunt Libra, & Sagittarius: feminæ uero Pisces, & Virgo: curet etiam si sit Virgo.

Apta huc que supra fol. 91. & seq. Cano. 14.

I 2



Purgatio.

Constipatio.

Coitus.

Sperma.

Mundificatiua.

Ebrietas.

Foca.

De Motu, Quiete, exercitio moderato, & speciebus ipsorum.

Iuuamenta rationabilis.

| | | | | | | | |
|----------|--|------------------------------------|--|--------------------------------------|----------------------------------|---|---|
| A 312 | Procellus uirtutum ad aliquid quem finem. Motus. | Quod prouenit ad nobiliorem finem. | Complementum motoris, & moti. | Quando fuerit superfluum. | Prohibendo impedimenta. | Frigida, & motus foras: & e contra. Iuuamentis: & e contrario. | Temperantia. |
| B 313 | Quies. | Conseruans finem motus. | Structuræ pectoris. | Flegma generat. | Cum motu. | Acri, al. extra ignam degeñb. Deceptis, & pueris. Cal. habentib. poros apertos. | Calidus. |
| C 314 | Exercitium leue. | Tempus in quantitate, & qualitate. | Superfluitates expellit. | Macilentis habentibus poros apertos. | Cum quiete moderata. | Diffemperatis. Vniuersis, sed pueris ipart. Calidis, et humidis. | Habundans. |
| D 315 | Equitatio. | Prouocant sudorem. | In tribus, que dicimus. | Cum extenditur in ea. | Cum humidis. | Quidam motus moderatus. Perfecis. Calidis. | Plenus, & perfecis. |
| E 316 | Venatio terre. | Qui est facilis uenationis. | Humores subleuat. | Corpora deficcant. | Cum inunctione in balneis facta. | Vniuersis, exceptis pueris. Temperatis. | Vniuersis. |
| F 317 | Exercitium cum pila. | Cum pila mediocri. | Delectatio animæ, & exercitium moderatum corporis. | Iuncturis debilibus. | Cum suauitate utendo. | Temperatis. Adulescentibus. | Quibusdam. |
| G 318 | Ludatio. | Post cuius finem sentitur leuitas. | Corporibus fortibus. | Pectoribus. | Cum somno post balneum. | Calidis, & iunioribus. Iuuamentis. | Quibusdam. |
| H 319 | Nominis. Nominis. | Gradus. Natus. | MELIUS EX RE ipsa quam queris. | IUVVAMENTUM eius. | NOCVMENTUM eius. | REMOTIO NOCVMENTI eius. | Tempora. Aetates. Complexiones. Quid generat. |

DOMVS TACVINORVM

Opiniones Philosophorum.

Electiones, & Proprietates.

G. Motus. Species Motus sunt sex. scilicet, Generatio, Corruptio, Augmentum, Diminutio, Alteratio, & loci Mutatio. Et causa in hoc est: quia motus, aut est in substantia, aut in accidente. Si in substantia: Generatio, & Corruptio; Si in accidente, aut interiori, aut superficietenus. Si in interiori, aut secundum qualitatem: & est Alteratio. Aut secundum quantitatem, & est Augmentum, & Diminutio. Si exteriori seu superficietenus, est Motus localis.

Hip. G. Ori. Ques. Per Quietem accidit corpori frigiditas, & humiditas, & artetica, carnositas, caro superflua a natura derelicta, & turpitude effigiei, mala digestio ciborum: & hæc omnia, quia superflua resolui non possunt ex motu. Quies autem est bona habentibus in suis corporibus uapores fumosos: quia dum quiescunt, non resoluntur uapores ipsi nociui. nam resoluti miscentes se humoribus forte febres inducerent.

Hip. G. Ru. Exercitium moderatum. Temperatius inter tempora est Ver: deinde Autumnus. Et temperatius dierum, est mane dierum æstatis, & meridies dierum hyemis. Exercitium uero temperatum eget tempore, & loco conuenienti. Et generaliter Exercitium moderatum, diuersatur iuxta diuersitatem elementorum: quia exercitium moderatum iuuenilis ætatis, & corporum depressorum, in regionibus frigidis, & temporibus hyemalibus, quodlibet forte: & e conuerso.

G. le. Gab. Equitatio. Est exercitium moderatum: quæ diuersatur secundum diuersificationem, quantitatis, equitantis, & equitaturæ. Et suauius equitatio, est exercitium, quando non equitatur motu totius corporis. Et uniuersaliter iuamenta exercitiorum moderatorum sunt tria. Primum, excitatio caloris naturalis: & est augmentum, ad meliorandum digestionem, & subtiliandas superfluitates. Secundum, pororum apertio, & meatuum mundificatio cum sudore, resiccantibus uaporibus. Tertium, duritia membrorum, & uirtus ipsorum ex confricatione membrorum.

Iudæ. us. Ari. Venatio terrestris. Venatio in campis in frigidat & desiccatur: quia est modus excedens quantitatem temperatam, ex desiderio obtinendi, qui circumfluxerat, dissoluens humiditatem, quæ est caloris sustentamentum: propter quod in frigidat corpus, & desiccatur. Et hoc exercitium est detestandum, maxime in uentis: quia homo moras in quiete, deinde multo motu utens, & multoties cum hoc comedens uenationum carnes, descendit prius quam digerant. Et laborantes in uenationibus, siue sint asfueti exercitio, & uelint eo uti, siue sint plures uenatorum qui non regunt, & uiuunt carnibus uenationum, & laborantes in suis uenationibus, utentes hoc cibo, non digesti cibi a stomacho descendunt, propter quod gravantur corpori ægritudines. Sed uenatio piscium & similitum in frigidat, & humectat.

Buc. le. Exercitium solatiofum. Melius inter exercitia, quod annexum est solatio, & letitiam, et est minoris laboris: non tamen sicut uenatio, quæ tantos labores exigit: nec sicut delatio armorum, nec sicut laboriosa militiam, nam hæc exercitia continuanda sunt. Sed solatia pilarum continuari possunt. Nam exercitium paræ pilæ, est de moderatis exercitiis, & iuuatoris in omnibus ætatibus. Pilæ uero solatium fit multis modis. Nam aliquando ludendo cum uirga ducitur, aliquando cum lata tabula, aliquando cum lanceola, & aliquando inmediate cum manu. In huiusmodi uero solatio, inferiora corporis quiescunt, & superiora mouentur: in alijs e conuerso.

G. Ru. Io. Ori. Luctatio. Uniuersaliter existens exercitium habentibus corpora carnositate repleta, est periculosa: eo quod talis luctatio commouet in huiusmodi corporibus humores in eorum quietibus, quibus accidere poterit exinde ruptura, & uenire febris, caro superflua, ante derelicta, & mors subitanea, & alia iuxta naturam humorum, & membrorum recipientium ipsorum influentiam. Et exercitium est nocuum habentibus complexionibus frigidis & siccis, & habentibus peccata stricta, macilentis, habentibus poros apertos, consuetis pati tussim, & stricturam anhelitus, & illis qui consueti sunt seruire in balneis, & similibus.

Eligitur Luna existente in tertia domo, scilicet gaudij, cõ iuncta fortunis, & ascendens & dominus sint fortunati a dño terræ, hoc est, quartæ.

Eligitur equitatio in signis mobilibus Luna existente in trino Martis, & aspectu Iouis.

Eligitur Luna existente in signo, quod non aspiciat dominus eius, & aquaticum exercitium in signis aquaticis, æreum in æreis, & terreum in terreis.

Eligitur hmoi solatium, cum Luna fuerit in signis mobilibus. cauendum tamen ne participet cum Saturno.

Apta hæc que supra sol. 12. Canone. 15. notantur.



De operationibus Balneorum, & partibus ipsorum.

Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | | | |
|---|-----|---|---|--|--|--|--|---|--|------------------------------------|------------------------|
| A | 319 | Balneum. | Quatuor qua- litates. | Vetus, acū, & aqua dul- cis. | Vniuersis ho- minibus. | Aegritudini- bus acutis. | Cū rebus ue- hementis fri- gditatis. | 0 | Omnibus. Vniuersis. | Habitus. | Omnibus. |
| B | 320 | Camæra, & aer ipſius. | Gal. humi. & ficc. | Temperata, ra- tione aëris, & aquæ. | Sanis cōſimi- les, et aëgris, & econuerſo. | Syncopizan- tibus, & pul- ſationi cor- dis. | Cū receptio- ne venti Se- ptentrionalis. | 0 | Siccis in com- plexionibus. Sanis cōſimiles, et aëgris ecōuers. | Habitus humi- licr. | Omnibus humi- licr. |
| C | 321 | Aqua delecta- bilis calidi. | Cal. et hu. in 2. | Aperiens po- ros tempe- rate. | Corporibus hūilibus poros apertos, et fe- bri tertiana declinātibus. | Fluxui uen- tris. | Cum potu ſtipico. | 0 | Temperatis. | Omnibus. | Adiſcentibus. |
| D | 322 | Aqua calidita- tis nōnice. | Gal. ſpa. & hu. Cal. accidenta- liter caliditate fac- iens naturaliter. | Que non eſt uehemētis ca- lilitatis. | Subtilitate ſe- gma. | Virtutibus rationabi- libus. | Cum aqua frigida. | 0 | Frigidis, & hu- midis. | Septentriona- libus. | Hyem. Decrepitis. |
| E | 323 | Aqua frigida. accidentaliter. | Dulcis in 2. Infrigiditate nau- raliter, calefacit accidentaliter. | Dulcis, dele- ſtabilis. | Meliorat di- geſtionem. | Infrigidatis fortiter. | Cum introi- tu ad calida- dam. | 0 | Calidis, & fic- cis. | Calidis. | Aetate. Iuuenibus. |
| F | 324 | Aqua excellen- tis frigiditatis. | Fri. & hu. in 2. | Non haben- tibus qualita- tes malas. | Paralyſi ex re- pletione. | Nimium pur- gatis. | Cum uino citriuo. | 0 | Calidis, & fic- cis. | Occidentibus. | Aetate. Iuuenibus. |
| G | 325 | Pyſiochru colu- melle ex calce exsic- cata. | Cal. & ficc. in 2. G. lo. c. fic. et qd fic ex calceno ex- siccata cōburnis. | Album, uelo- cis depilatio- nis. | Trahit quod eſt ſub cute, cum reſolu- tione. | Macilentis, non car- noſis. | Cū aqua Ro- ſarū, & oleo uiolarum. | 0 | Frigidis, & hu- midis. | Septentriona- lis frigiditatis. | Hyem. Decrepitis. |
| H | | Nomina. | Gradus. Natu- ra. | MELI- VS EX RE Iſpa quam queſis. | IVVA- MEN- TVM eius. | NOCV- MEN- TVM eius. | REMO- tio Nocu- menti eius. | 0 | Quid generat. | Tempora. Aetates. | Complexiones. |

D O M V S T A C V I N O R V M

Opiniones Philosphorum.

Electiones, & Proprietates.

10. Balneum. Aquæ frigidæ inrigidat naturaliter, & per accidens calefacit. Balneum uero aquæ calidæ econuerso. Verumtamen utruq; humectat. Balneum uero aeris calidum, deficcatur: propter quod sanitas conseruatur. Et conferunt febribus ethicis, hydropticis, & paralyti prouenienti ex euacuatione & repletione. Cum uero uolueris balneo humectari, aspergatur balneum ipsum aqua multa, & sedeatur multum in concha, seu fonte. Quod si deficcari uolueris, euacua & deficca multum balneum ab aqua ipsius, & sedeatur in fonte illo, donec inspissetur anhelitus & augeatur.

G. 10. Camera. Aer balnei diuersatur secundum diuersitates Camerarum ipsius. Nam prima est tepida, secunda mediocris, tertia in uoluntate caliditatis & siccitatis: in qua si moretur aliquis modicum, calefacit corpus & humectat: si diu, inrigidat & deficcatur: propter multam distemperantiam humiditatis, & caloris naturalis dissolutionem: & inrigidat accidentaliter, extrahendo a corpore humorem cholericum, sicut accidit hoc in febribus tertianis.

Hip. G. 10. Aqua delectabilis. &c. Hæc poros aperit, & attrahit humorem cholericum, inrigidans accidentaliter, & humectans naturaliter: & dolorem mitigat, & digerit reumata, & humores: prouocat somnum: sedat nocumentum rigoris, dissoluens grauitates, & dolores capitatis: & remouet ardorem prouenientem ex sole, conferens paralyti, impinguans corpus, ingrediens ipsum post modicam coctionem.

Hip. G. 10. Aqua calida. &c. Aqua fortiter calida, multum calefacit, & parum humectat. Dixit Hip. Si quis intrauerit frequenter balneum, liquefiet pinguedo ipsius, mentem corrumpens, & synopim facit. Et idem dicit in alio loco, quod nocet illis, quorum uenter est strictus: nisi forte balnei aqua fuerit inrigidata. Et illis etiam, quorum uenter est humidus per crasim: eo quod balneum stringit. Nocet etiam illis, quorum uirtus est debilis, & uomitum patientibus, & in quorum stomacho sunt humores cholericis, & quibus facile manat fluxus sanguinis de naribus.

Hip. G. 10. Aqua frigida. Iuuamentum balnei aquæ frigidæ est, quia inrigidat & humectat: & calefacit accidentaliter, propter clausuram pororum: facit etiam retineri uapores interius, propter quam causam balneatio in eis post cibum meliorat digestionem. Diuersatur tamen operatio eius ratione habitudinis, & temporis præsentis: eo quod iuuenis densi corporis, cum balneatur in aqua frigida tempore æstiuo, augetur caliditas, & uirtus ipsius, & melioratur ipsius digestio: & aufert paralytim ex repletione, ex copia caliditatis interius profundatæ.

Hip. G. 10. Aqua. &c. Nocumentum accidens ex balneo aquæ frigidæ est, cum balneatur post exercitium, coitum, uigilias, uomitum, medicinam laxatiuam, & uentris fluxum ex indigestione: & si bibita fuerit etiam nocet. Obest etiam ægritudinibus iuncturarum, & tumoribus frigidis, & abscondit fluxum sanguinis ex naribus, & ex alijs locis fluentem, cum circa ea loca non manat, embrocatur: eo quod aqua coagulat sanguinem. Et accidit decrepitis ex aquæ frigidæ balneo, sicut accidit serpentibus ex frigiditate hyemis. Et de iuuamento aquarum fontium, sicut diximus in capitulo de aquis potabilibus.

De. Glo. Mac. Psilothriū. &c. Præcedit intinctione Psilothri ad hoc ut non exurat locum, inunctio cum malua: deinde lauetur cum aqua frigida, locus inunctus & deficcatur: postmodum locus inungatur psilothro, ita tamen quod inungatur prius psilothro propriis digitis, & scribat in cruce dextra dicendo, Miserere Deus Salomonis filij Dauid. Huius uero psilothri inunctio fieri debet postquam sudauerit in balneo, & sudoris ipsi facta fuerit absterfio, et deficcatio. Cum uero abradere coeperit, morandum est in camera calida balnei, donec psilothrum liquefiat: postmodum fricetur locus cum cartamo trito, cum semine melonum, & farina rizon, temperatis cum aqua myrthi, & prunorum, et fumigatis in uase aliquo, & reseruat: de quo dissoluto cum aqua rosæ, quoties necesse fuerit recipitur, & inungitur, seu lauatur locus.

Eligitur ad in troitum Balnei, cum ascendens fuerit domus Iouis, uel Martis, et Luna aspiciat Venerem, uel fuerit in angulis.

Eligit in nationibus. & laua crisi aqua frigida, cum Luna fuerit in Cancro, uel in Pleisce, nec sit iuncta Saturno, & desinat Luna existere in Capricorno, uel Aquario. Eligit hanc inunctio cum Luna fuerit minuta lumine, prius quæ a sole euadatur, et generaliter hæc electio utilis est ad mundificationem sordes corporis.



Balneum aquæ frigidæ, & Camerae.

Aqua delectabilis.

Aqua calida.

Aqua frigida.

Aqua in balneis frigi. bibita.

Psilothriū.

De ordinatione Balnei, & uariatione uestimentorum post balneum, & conseruatione sanitatis unguium

Iuramenta rationabilia

| | | | | | | | | | |
|---|-----|----------------------------------|--|---|---|--|---------------------------------------|---|---|
| H | 246 | Augmentum | Cal. & f. in 1. Gal. cali. f. f. p. i. c. o. b. u. f. f. u. i. t. | Quod est de laminis deauratis, leuibus. | Abradit pilos, & trahit humores cum sudore. | Colorat cutem nigro colore. | Cum succo rizon, & castani. | Hyemi, Sene & uidi. Frigi & humi. | Hyemi, Sene & uidi. Frigi & humi. |
| G | 247 | Infectio olei fr. ne fricatione. | Humectatur naturaliter. | Post balneum. | Humectat corpus, & praeseruat ab apostemadibus. | Habitudine lenit. | Cum sandalo, aqua ros. | Decrepitis. Sicis. Habitudinem limpida. | Actari. Decrepitis. Sicis. Habitudinem limpida. |
| T | 248 | Fricatio ab olei inunctio. | Cal. & f. in 1. & f. in 2. | Leuis. | Aperit, & resoluit uapores. | Facit Borbor. | Cum balneo temperato. | Hyemi, Luneni, et Sene. Humidis. Membrorum duricem. | Hyemi, Luneni, et Sene. Humidis. Membrorum duricem. |
| M | 249 | Bismulda. temperate. | Cal. & f. in 1. Theo. calid. | Montana, tenera. | Mollificat & lenit uentre, & dissoluit apostemata orificij ani. | Mollificat crispitudine capillorum. | Cum mixtione gariofil. et sandalorum. | Omnibus. Omnibus. Lenit membra. | Omnibus. Omnibus. Lenit membra. |
| D | 250 | Vestis lineae. | Fr. & f. in 1. Frigi. & f. in 2. | Leuis, splendida, & pulchra. | Temperat calorem corporis. | Desat cutem, & prohibet exire uapores. | Cum mixtione seae. | Actari, et Veri. Inguibus. Calidis. Defecationem apertam. | Actari, et Veri. Inguibus. Calidis. Defecationem apertam. |
| O | 251 | Vasis de seta, & lana. | Cal. & f. in 1. Cal. & f. in 2. | De partibus Mali, & Fali. | Educit calorem. | Inflammat calorem. | Cum uestibus lineis, & subtus eas. | Hyemi, Decrepitis. Frigidis. Additionem caloris. | Hyemi, Decrepitis. Frigidis. Additionem caloris. |
| S | 252 | Oleum uiolaceum. | Fr. & hu. in 1. Frigi. et humi. | Factum de bonis uiolis. | Mollificat duriciem neruorum. | Laxat neruos, & membra. | Cum oleo sambucino. | Actari. Lunibus. Calidis. Debilitatem tactus. | Actari. Lunibus. Calidis. Debilitatem tactus. |
| V | | Nungerus. | Gradus. Nau- re. | MELIUS EX RE ipsa quam quæris. | IVVAMENTUM eius. | NOCVMENTUM eius. | REMOtio NOCVmenti eius. | Tempora. Acates. Complexiones. Quid generat. | Tempora. Acates. Complexiones. Quid generat. |

D O M V S T A C V I N O R V M

Opiniones Philoporum.

Electiones, & Proprietates.

D. Auripigmentū. In calce lota, seu extincta, auripigmentū tantū, quantū quarta pars ipsius calcis ponat. Deinde terat, & misceat pro calefactis, cū aquis hordei, uel rizon, uel succo melonū: pro infrigidatis uero cū succo maioranæ, seu mētastrī. Quod si educere uolueris aliquid sub cute existens, misceat cū p̄dictis alōes epimitidæ, myrrhæ, & coloquidæ añ. 3. 2. ad p̄seruandū apostemata, & bothor corporis. Et si accipiat spuma maris, & misceat cū aqua, depilabit locus inūctus. Vel accipiat spuma maris, & terat, et infundat multoties in aquā auripigmēti: deinde in aqua athalli, & sublimetur, abradit pilos aspersa super locum pilosum. Quod si hæc plura uideantur acuta, dissoluantur in aqua fontium frigida & recenti. Quod si modicum acuta fuerit, dissoluatur in aqua prædicta. Alias auripigmentum mixtum cum melle, abradit.

G. Inunctio olei. Si oleum frigidū fuerit, sicut utolaceum, lenit superfluitates, aperit poros, lenit & humectat corpus. Et si fuerit calidum, sicut sambucinum, & muscelinum, & costinum, calescit, & dissoluit dissolutione uehementi, cum aliquo ipsorū utuntur febricitantes, post completam digestionem humorum. Olei enim inunctio, antequam fiat pororum apertio, operatur retentionem superfluitatum, quas natura sub cute expellit: facta uero pororum apertione, dissoluit superfluitates, & corpus humectat.

G. Fricatio. Fricationis uero simplicis, seu præter oleum, quædam est lenis: & hæc dissoluit, & liquefacit humores, & poros aperit. Et quædam est fortis: & hæc dissoluit humiditates, & membra indurat. Et quædam est mediocris: & hæc sanguinem trahit ex superficie corporis. Et olei inunctio absq̄ fricatione, poros claudit, & prohibet resolutionem ab eis. Post balneationē cum aqua calefacta, conferuat calorem naturalem, ne dissoluatur, & calescit & humectat. Et post balneationem in aqua frigida, inunctio infrigidat & humectat.

lor. Bismalua. Est duplex. Alia est alba, Alia uiridis. Viridis est melior. Dixerunt tamen quidam q̄ est calida in primo gradu: & in ipsa est aliquid stipticitatis: & est humectatiua, & digestiua, & mundificatiua: & propter hoc abstergit maculas nigras faciei. Alia ad leniendum faciem, & planificandū capillos. Rec. psillij torrefacti, triti, &educti per pannum de sera & lana. Alia coniferens fursurib. captis. Lauantur capilli cū succo bletæ, & delet. Alia, si misceatur cum succo, quem diximus staphisagriæ, interficit pediculos, & lendes. De operationibus uero usurem, fandal. & ros. diximus in capitulo lauationis manuum.

Supra fol. 99. Iesu. Vestis linea. Omnia uestimenta tangentia corpus calefiant prius: deinde calefaciunt. Præter uestimēta linea. Nam hæc prius infrigidant corpus, deinde adquirent corpori lenē caliditatem. Vestimēta uero Scumeyfi corpus leniūt & humectant, Bombicina uero quāto nobiliora sunt, tanto magis leniūt, et calefaciūt corpus: et eōuerso. Vestimēta uero habētia pilos spissos, sunt de hyemalibus uestibus. Et uestimenta leuia, rara, & splendida, sunt eōuerso. Calceare ocreas, seu calciamenta dextri pedis, prius sinistro, præseruat à dolore splenis.

Hali. Vestes de lera & pellibus. Vestimēta de lera leue efficiunt corpus: si de lera torta fuerint, minus corpus calefaciunt, q̄ si de bombicea fuerint. Sed uestes de pelle, diuersantur secundū diuersitatē animalū. Sed meliores sunt, quæ fiunt de pelle Bissari: nam hæc calefaciūt fortiter. Sed pelles Vulpinæ sunt magis calefactiuæ. Pelles uero Cuniculorū et Leporū, sunt minoris caliditatis, q̄ de Bissari: q̄ sunt cōuenientiores corporib. tpatis, ppter leuitatē ipsarū. Pelles uero Agnorū sunt magis calefacientes pellibus Hedinis, & magis conferētes dorso, & renib. Et sedilia quæ fiūt ex gaus paludis, conferūt Hemorrhoidib. Vestimēta uero aspera, macre faciūt corpus.

Oleum Violaceum. Ungues sunt de extremitatibus corporis. Et quosq̄ inunctio sanitatē præseruat ipsorū. Incisio uero ipsorū fit die Iouis: ut assuret de ruptura ipsorū, si forte forfices tetigerint carnes digitorū, uel lotæ fuerint cū sale, post incisionē accidere potest, qd digiti incurrant inflationē calidā: quæ curat cū semine psillij infuso in aq̄, et asperso supra petrā: et appposito. Sed si senserit pulsationē in locis istatis, signat putredinē fieri. Accipiat de farina grossa, et mastice: q̄ masticata digito patienti apponat. Quod si putredo remaneat, ita qd unguē cadere cōtingat, inūgat extremitas digiti patientis cū oleo fri. uel cæra. nā hæc nō pmittūt turpē unguē renasci.

Eligitur ad faciendum abrafionē pilorū, Luna existere in signo bicor poreo: excepta Virgine.

Eligit ad uestimēta induenda, Luna existere in signis mobilib. ppter Capricornū. Et melius iter signa mobilia, est Libra et Aries: et maxie qn aspexerit Venerem, seu Iouē, trino uel sextili aspectu.

Decestat incisio unguū digitorū, cū Luna fuerit i Geminis: & incisio unguū pedum, qn Luna fuerit in Piscibus, et p̄cipue cū iuncta fuerit Mercurio, uel Ioui.

Apta huc que supra fol. 99. Canone. 16.

K



Auripigmentū.

Inunctio olei.

Fricatio.

Bismalua. Vestis linea. Vestis serica. Oleū uiol.

Fumigationes bonæ, Iuamenta & Nocumenta Symporum.

Iuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | | | | | | |
|---|----|--|---|---|----------------------------------|-------------------------------------|---|--|--|--|--|--|---|---|
| A | 55 | Xyloides. Mus. calid. & sicc. | Nigrū, ponderosum, & amarum. | Retinet, confortat stomachum, & spiritus. | Aegritudinibus cerebri calidis. | Cum sumitur cum camphora. | Septentrionalis. Hyemal. Siccū. Frigidus. Crem cum spiritus vitæ. | Septentrionalis. Hyemal. Derepidus. Frigidus. Chetivra vitæ. | Septentrionalis. Aethi. Iuvenibus. Calidus. Derepidus. | Septentrionalis. Hyemal. Derepidus. Frigidus & humil. Audacia. | Septentrionalis. Aethi. Iuvenibus. Calidus. Alacris. | Hibernus. Omnibus. Vniculis. Quonibus. Humor trigidus. | Frigidus. Hyemal. et chetivra. Iuvenibus. Frigidus et humil. Nunquam de quo non est curandum. | Regiones. Temperata. Acetas. Cōplexiones. Quid generat. |
| B | 54 | Mulfus. Mus. calid. & sicc. | Sxiadi, quod fertur de partibus Culbeth. | Confortat cor, & cerebrum. | Cerebro calido. | Cum camphora. | | | | | | | | |
| C | 53 | Campora. le copposita lumbis, cal. & substantia frigida. | Rubrum, album, & magnum. | Abscindit fluxum sanguinis ex naribus. | Inducit vigilas, & nocet coitui. | Cum uiolis, & nenufare. | | | | | | | | |
| D | 56 | Ambra. lor. calid. & huc declinans ad calidum. | Grisea, leuis, & pinguis. | Confortat cor, & multiplicat spiritus. | Confiretis patri Machire. | Cū camphora, & odoramento alchanna. | | | | | | | | |
| E | 57 | Aqua rosacea. lumbis, iuncitudo, fr. & stipida, in qd est vitæ. | Quod fit ex sublimatione ros. absq. aqua. | Confert uirtutibus, & instrumentis ipsorum. | Exasperat peccus. | Cum candi, & lulep. | | | | | | | | |
| F | 58 | Syrup. acetosiss. Ipa. in calid. fr. & sublimat. Mus. loh. | Coctus mundus, moderate coquatur. | Incidit, subleuat, mundificat, & aperit. | Coitui, cussi, & dysenteris. | Cum lulep de redeo. | | | | | | | | |
| G | 59 | Syrup. acetosiss. feminibus. Ipa. ca. ex optatione, & dicit qd fit calid. Ru. | Quod fit secundum artis canones. | Descendere facit cholera, & flegma. | Stomacho pectori, & neruis. | Cum syrupis de papaueribus. | | | | | | | | |
| H | | Numerus. Nomina. Gradus. Natura. | MELIUS EX RE ipsa quam queris. | IVVA MENTVM eius. | NOCVM MENTVM eius. | REMO NIO NOCVM MENTVM eius. | | | | | | | | |

D O M V S T A C V I N O R V M

Opiniones Philosophorum.

Electioes, & Proprietates.

M. Xyloaloes. Eligunt Indiæ: quia est delectabilis in fumigationibus. Deinde Xyloaloes Saamli: quia huiusmodi facit magis redolere panos, postquam est lignum aloes humidum: eo quod melius est ad masticandum. Lignum aloes uero Crinum, est de modo Saamli. Et in hoc est dulcedo, per quam gignantur pediculi. Sed Indum habet amaritudinem, quæ prohibet generationem ipsorum. Et lignum aloes est diuersorum modorum, secundum diuersitates regionum, ex quibus fertur. Verum non quilibet arbor ipsius dicitur xylaloes. Et xylaloes ponitur incisa sub terra: propterea, ut fordes & terrestres suas abscondat. Et locus ortus ipsius est ignotus. Et huiusmodi xylaloes est conferens membris interioribus. et confortat cerebrum & nervos, et confortat hepatis.

G. Muscus. Folliculi continentes Muscum Cubit sunt, subtili ex uesicula & musco. Gergeri folliculi sunt hijs contrarij: quia muscus est minoris subtilitatis, & aromaticitatis. Verum muscus Chara medio eris est inter predictos: cum quo miscetur limatura argenti, & plumbi, ut sit ponderosus. Muscus Salmi dicitur est declinans ab operatione predicti: quia motus de proprio folliculo, in uase uitreo conseruat. Et folliculus in quo continetur muscus, est umbilicus animalis, similis Gazelo, habentis duo cornua erecta uersus altum: quæ uesicæ inueniunt plenæ sanguine: quæ cum conseruantur tempore diurno, sanguis ille transit in muscum. Et cum hæc animalia a maritimis, elongantur uersus desertum incedentia, spica naturaliter pascuntur, & tunc ipsorum muscus erit delectabilior. Cum uero prope maritimam commorantur, pascuntur myrrha. Falsificatur tamen hic muscus cum radice dicta Masir, & cum herba falich trita.

lor. Camphora. Riachi est radix omnium camphorarum, inuenitur in corporibus arborum. Fructus ipsius in modum salis albi. Fructum tamen unumquodque ipsius est ponderis aurei, uel minus. Camphora uero inuenta uocatur Miffen. Et Camphora comixta fructibus arboris, decoquitur, sicut diximus in præparatione aquæ Camphoræ, & hæc camphora uocatur Firroli, (in alio, Syfiri,) ex qua conficiuntur statuae. Et Camphora non nominatur diuersis nominibus, nisi propter diuersitatem regionum, & partium insularum, et non ex alia causa. Et fertur, quod sub umbra arboris camphoræ morari possunt ultra centum homines: cuius corpus est album, declinans ad rubedinem, ex quo cum frangitur, cadit Camphora.

Ma. Ambra. Est sicut cerebellum. Et maior ex ea est ponderis mille aureorum: et hæc Ambra egreditur de fontibus reptis in mari supernatis aquæ: de qua supernatantes aues descendentes comedunt, & moriuntur propter comestionem ipsius. Alij uero dicunt, quod sit supfluitas, seu stercus animalis. Alij uero dicunt, quod sit de sordibus maris. Et ex omnibus modis Ambrae melior est grisea, & deterior quæ est coloris niuosi: postquam in bonitate est Ambra piscea (alias, picea) Ambra piscis est qui horribile odorem habet. Nam pisces deglutientes ipsum, eiciunt postmodum: & quando præparatur, in decolatione (in alio, in decoctione) egreditur ex ea harena. Est etiam alius modus Ambrae pinealis. Et est alter modus, qui dicitur mudus, carens odore. Such uero conficitur ex humidis emblicis. Qui si non reperiuntur, fit ex ramich. Et Ramich est galla recens, agrestis. Et isti modi Such sunt frigidi.

Iudæ. Aqua Rosacea. Eligitur potus eius ad confortationem cordis & stomachi: & odor eius, ad sedandum syncopeim: eo quod excitat quinque sensus, & dilatat animam, & confortat corpus, cum aromaticitate, & stipticitate, si cum rosis misceantur alij flores, seu species aromaticæ: ut camphora, & crocus: & sublimetur aqua illa rosacea, efficietur uirtutum rerum mixtarum.

Filius. Syrupus acetosus. Qui fit cum zaccaro, est conueniens omnibus sanis complexionibus, ætatibus, & regionibus: & qui cum melle est temperatus inter caliditatem & frigiditatem: & factus cum radicibus, est declinans potus ad caliditatem, magis exopilans, & incisius, & minus extinctiuus, & infrigidatiuus, quam acetosus simplex. Et syrupus acetosus de seminibus, est magis aperiens opilationem. Acetosus uero simplex, est fortior ad sedandum sitim, & infrigidandum hepar: cuius iuuamenta dicemus post.

G. Syrupus simplex. Hic est conueniens sanis & ægris, dissoluens uentositates: & exuperat choleram sua acetositate, conferens expulsionem sputi a pectore & pulmone. Vrinam prouocat. Et Syrupus acetosus de Citonijs, quem composuit G. est conferens confortationi stomachi & hepatis, & addit in appetitu, & prodest conualescentibus. Et Syrupus acetosus squilliticus, est conferens hydropicis, & ægrotudinibus uentris accidentibus ex frigiditate: & educit foetum, & confert asma, & difficultati anhelitus, accidentibus ex humore flegmatico uiscoso.

Apta huc quoque supra fol. 144. Canone. 14.

K 2



Xyloaloes. Muscus. Camphora. Ambra. Aqua Rosa. Syrupus acetosus. Syrupus.

De Syrupis Rob, & dispositionibus Camerarum, habito respectu iuxta temporum dispositiones.

Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | |
|---|----------|-----------------------------------|---|---|--|--|--|--|
| A | 160 | Syrup. de Citronis. | Fri. in s. sic. in z. Frigi. & sic. | Bene cōpositus, ex rebus cōuenientibus confectus. | Meliorat digestionem, & siringit uentre, & abscindit uomitū. | Exasperat guttur, & pectus. | Cum syrupo dulci, sicut de papaueribus. | Mentanus. Actus, & circumfantijs, Seneauri. Cal. & humi. |
| B | 161 | Syrup. de Paucibus. | Fri. tempera in s. Frigi. & temper. | Confectus cū seminibus, & corticibus pauciorū, & aqua pluuiati. | Pectori, & cerebro calido. | Offendit cōplexiōes uiscerum ex frigiditate. | Cū mina bona. (alias, myrrha. | Calidus. Actus. Iuuenibus. Calidus. |
| C | 162 | Syrup. de Rota-cens. | Fri. & call. in z. Fril. & sicutus laxatus. | In aqua, cuius spēs rosę post bullitionem mutatae sunt. | Educat subilem cholera. | Cōprimt stomachum, & intestina. | Cum aqua hordei, & humida. | Mentanus. In media aestate. Iuuenibus. Calidus. |
| D | 163 | Syr. de Iulep cōfecto de aq. ros. | Cal. & hu. in s. Frigi. & humidus. | Bene coctus, & confectus cum aqua rosa. | Ebrietati, & cōseruationi sanitatis. | Fluxui, & rarsurae intestinorum, & dysenterijs. | Cum syrupo de pomis. | Osculentans. Actus. Iuuenibus. Calidus. |
| E | 164 | Rob de ribes. | Fri. & sic. in z. Fril. & sic. confectus. | Quod deferretur de Sires. | Cōsonat stomachum, & digestionem. | Dolori gulae, & gutturis. | Cum Rob de granis meliferis. | Mentanus. Actus. Iuuenibus. Cal. & humi. |
| F | 165 | Camerae aethiuales. | Fri. & hu. temperate. | Quae assimilantur temperantiae Veris. | Complexionem, & digestionem obtemperant. | Prohibet dissolutionem aestus. | Cum balneo. | Mentanus. In meridie. Iuuenibus. Calidus. |
| G | 166 | Camerae hyemales. | Contempera. in caliditate. | Quae assimilantur extremitati Veris. | Excitat uirtutes sopitas a frigore. | Sitim efficiunt, et faciunt descendere crudum cibum. | Cum dispositione uersus aërem septentrionalem. | Montanus. Fortior frigidi. Decrepit. Frigidus. |
| H | Numerus. | Nonsina. | Gradus. Nau. | MELIUS EX RE ipsa quam queris. | IVVA MENTVM eius. | NOCVM ENTVM eius. | REMOtio Nocuumenti eius. | Aerates. Complexiōes Quid generas. |

D O M V S T A C V I N O R V M

Opiniones Philobophorum.

Electiones, & Proprietates.

Sab. Filius Sab. lor. **Syrupus de Citonns.** Est confortatiuus stomachi, & litus sedatiuus. Sciendum tamen, qd succus Citoniorum diutius conseruatur succo pomorum. Mina speciata est de natura specierum. **Syrupus uero pomorum** est frigidus & siccus, confortatiuus orificij, conferens pulsationi cordis, roborans animum, retinens uomitum, & fluxum uentris. Syrupus tamen qui fit de pomis Hierosolymitanis melior est, & pro huiusmodi operationibus, propter bonitatem coloris: Verum est minoris frigiditatis, propter ipsius dulcedinem.

D. **Syrupus Papaueris.** Eligitur contra uigilias, eo quod stuporem efficit. Et est conferens tussi & reumati. Et syrupus de Nenufare est conferens dolori capitis: & reumatibus descendentibus ad pectus, uel ad stomachum. Syrupus de Lemoncellis est frigid. & sicc. habens in se aliquid caliditatis propter corticem: uincit choleram, conferens stomacho, & appetitui. Meliorat digestionem, sedat uomitum, & prodest ebrietati.

Iudæus. Laxatiuus. Filius Mun. **Syrupus Rosa.** Eligitur syrupus de aqua Rosa. rubea: confectus propter uirtutes ipsius laudabiles. Et fit, acuendo ipsum cum scamonea: & simpliciter non acuendo. Et est possibile, qd temperetur cum syrupo acetoso. Syrupus Viol. est temperatus in frigiditate & humiditate: lenit pectus & guttur, & ualet contra tussim cum febre, & lubricat uentrem. Syrupus de granatis cum menta confectus, est frigidus & siccus, sedans uomitum, & sitim, conferens cholericis orificio stomachi. Syrupus confectus cum thure, confert uariolis, rubori corporis, & mestrax, & similibus.

Filius Mun. **Syrupus Iulep.** Est temperatus, declinans ad frigiditatem & humiditatem. Extinguit caliditatem stomachi, confortans eum: & reprimat acuitatem februm. Aqua mellita, cum speciebus, confert ægritudinibus frigidis: cuius mundificatio minor est mundificatione mellis. Laxat uentrem siccum, sed premit stomachum, & intestina parata ad expellendum superfluitates: & retinet cibum inuentum in stomacho, & confortat distribuentes ipsum per partes corporis.

Sab. Sera. **Rob de Ribes.** Rob de myrullis confert fluxui cum tussi. Rob de cellis, est frigidus, conferens tumori gulæ ex caliditate. Rob de nucibus est calidum, conferens inflammationibus gulæ ex frigiditate. Rob agrestæ frigid. & sicc. alterat choleram, uomitum reprimens, & sitim, uentrem stringit. Et similiter Rob de aceto citri, uerum tamen est fortioris operationis. Rob de prunis confert febribus cholericis, quando uenter est strictus.

Ra. Gab. **Camerae æstiuales.** Eligunt tēpore æstiuo Camerae Septentrionales, inuestitæ plurib. suppositis panis subtilib. et raris, asperse odoramentis fri. et aqs dulcib. et bedurg, amplis, plenis spibus fri. redolētibus herbis, et fructib. frigidis odoriferis: que fumigant etiā cum sandalo & camphora: & roranē panni pdicti aqua rosa. tēperata, cū uino odorifero. Et per hanc dispositionē carerant, & conuersationē alicuius in eis nudo corpore, sit phibitio a calore uehemēti, eo qd aer est tunc frigidior nobis. Et cum hæc operari non possumus, induimus corpus uestimētis, & caput cooperimus biretis, quæ sunt calidiora nobis: & præcipue cum ærem calidum circūdantem nos, & mixtum uaporibus nostri corporis, rectificare cum flabellis non possumus.

Camerae hyemales. Eligunt in Cameris hyemalib. ut habeant carbones ignē diutius continētes, & ligna nō hñtia malas qlitates. sicut sunt ligna ficus, et similia. Et Camerae suffumigant suffumigationib. aromaticis calid. sicut neda ambræ. Et ostia camerae sint disposita ad orientē, & in cameris lecti leues & molles sint. Nā hæc cōstitutio camerae sitim efficit, et ciborū descensum sestinare facit añ horā debitā, et uniuersaliē sicut balnea cooperant post cibū. Et cū camerae inficiunt forte cimicibus, suffumigant suffumigationib. nucū cupilli, et odoramento neptæ albæ, tūc interficiunt. Et si accipiat auripigmentū ductū cum aqua in aliq uase, et roret cum ea locus continens muscas. Itē herba sancti Iohannis scarletza, uel eius flores, ualet contra cimices.


Confortatiuus.
Eligit in Syria pis medicinalibus, qd Luna sit iuncta Venneri & Ioui, in signis æreis et aquaticis.

Refrigeratiuus.
Eligit in purgatiōe, qd Luna sit in Scorpione, uel in sua triplicitate. Detestatur tū, si sit coniuncta cum Ioue, uel planeta retrogrado.

Refrigeratiuus.
Eligitur ut fiat hæc dispositio camerarū, Luna existere in signis fixis, seu bicorporeis, et Luna & ascendens sint fortunati a domino ascendētis (alias, a domino tertij.) Prohibet hæc constitutio camerarū fieri, cū infortunæ fuerint in angulis, tertia domo, et eius opposito.

Apæ huc que supra sol. 35. Canone. 39.

R 3



Syrupus Cit. Syrup. Pap. Syrup. Ros. Syru. Iulep. Rob de Ribes. Camerae æstiuales. Camerae hyem.

De mutatione Aëris occasione Ventorum, & temporum.

Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | | | | | | |
|---|-----|--|---------------------------------------|---|---------------------------------------|-----------------------------------|---|--|--|--|---|---|---|---|
| H | 267 | Calid. in z. in 1. Cal. & humil. Vetus meridionalis. | Transiens per bonam regionem. | Pectori. | Perturbat sensus. | Cum camphora, & aquarol. | Septentrionalis. Autumno. Dreceptis. Frig. & humi. | Meridionalis. Aëst. iuuentibus. Cal. & humi. | Orientalibus. Veri. Omnibus. Temperans. | Occidentalibus. Veri. Omnibus. Temperans. | Temperans. Nihil propterea. Iuuentibus. Temperans. | Montans. Nihil propterea. Dreceptis. Frigidus. | Temperans. Nihil propterea. Adulescentibus. Temperans. | Regionem. Tempora. Aëres. Complexiones. Quid generat. |
| D | 168 | Frigid. in z. in 1. Cal. & sic. Vetus Septentrionalis. | Transiens per aquas dulces. | Clarificat sensus. | Pectori, & cunctis. | Cum balneo, & uestimento. | | | | | | | | |
| T | 169 | Temp. cal. in z. Temperans. Vetus orientalis. | Transiens per aquas, & prata pulchra. | Multiplicat sputus. | Ophthalmicæ, & corizæ. | Cum aqua florum. | | | | | | | | |
| E | 170 | Pa. in z. ad i. Alicuius gradus. Vetus occidentalis. | Decliuus Septentrionalibus. | Procurat digestionem. | Tremori, & frigori. | Cum calefactione. | | | | | | | | |
| D | 171 | Pa. humil. in z. Temperans. Veri. | Medium ipsius. | Vniuersaliter animalibus, & terræ nascētib. | Corporibus immundis. | Mundificatio corpora. | | | | | | | | |
| C | 172 | Temp. in z. Cal. & sic. Aëst. | Principium ipsius. | Dissoluit superfluitates. | Impedit digestionem ratione cholerae. | Cum infrigidantibus humidis. | | | | | | | | |
| B | 173 | Alicuius gradus. Autumnus. | Medium eius. | Gradatim procedētib. ad contraria. | Temporis complexionibus. | Cū rebus humectantibus, & balneo. | | | | | | | | |
| A | | Gradus. Naturæ. Nomina. Numerus. | MELIUS EX RE ipsa quam queris. | IVVA MENTVM eius. | NOCVM ENTVM eius. | REMOtio Nocumēti eius. | | | | | | | | |
| | | | | | | | | | | | | | | |

D O M V S T A C V I N O R V M

Opiniones Philosophorum.

Electiones & Proprietates.

Hip. G. Ventus Meridionalis. Regio Meridionalis consistit in dextra parte, respiciente uersus Orientem. Et est regio calida, eo quod declinat uersus eam: & distat modicum a circulo Augis (in alio, axis) & est humida: propter uapores dissolutos, & magno mari circumdante. Et hebetat motum, & corpora, perturbat sensus, prouocat paroxysmum epilepticum. Inducit foda, replet cerebrum superfluitatibus, & maxime humidis, & debilitat digestionem.

Hip. G. Ventus Septentrionalis. Regio Septentrionalis est opposita regioni Meridionali, ex parte sinistra consistens, respicienti uersus Orientem. Cuius complexio est frigida & sicca: eo quod elongatur egressus (in alio, incessus) Solis a loco illo. Nam sol transit per eum, cum est in circulo Augis suæ, & tunc distat longius q̄ possibile est a terra. Et hæc regio humores mundificat, clarificat spiritus, & sensus corroborat, prohibens fluxus reumatis: & obest complexionibus frigidis. Hippo. opinatur, quod uentus est aer motus, Arist. uero dicit, quod est uapor descendens a terra.

Hip. G. Ventus Orientalis. Regio Orientalis, quæ Arabice dicitur Sabel, uersus ortum Solis, est temperata, declinans ad caliditatem, & siccitatem. Temperata, quia Sol non elongatur ab ea in tantum, quod remaneat frigida: nec tantum appropinquat, quod sit calida, sicut accidit alijs ab ipsa: quæ propter suam temperantiam efficit habitudines temperatas, & corpora sana, uirtutes fortes, & habitatores coloratos, albo & rubeo colore.

Hip. G. Ari. Ventus Occidentalis. Regio Occidentalis Arabice dicitur Dubur, & est sicut regio Orientalis, non simpliciter temperata, sed declinans ad frigiditatem & siccitatem. Non simpliciter temperata dicitur, quia Sol non immittit radios suos mane super eam: & habitantes in regione illa, sentiunt in crepusculis maturinalibus frigus, & in serotinis calorem, sicut in autumno sentitur. Sunt alioqui octo uenti, quorum quilibet declinat uersus unum latus quatuor primorum, & uniuscuiusq; complexio istorum octo, est secundum naturam illius ad quam declinat.

Hip. D. Ver. Principium temporis Veris est, quando Sol ascendens, intrat primum punctum Arietis, uidelicet decimoquinto Martij. Cuius natura est temperata, propter incessum Solis super lineam rectam æquinoctialis: & ultimum eius, quando Sol consistit in ultimo Gemino- rum. Et tēpus Veris continet tres menses, propter tria signa: mense uero secundo intrat Sol Taurum, uidelicet decimoquinto Aprilis, & egreditur in medietate Maij. Et quilibet illorum mensium, natura alsimulatur alteri propter uicinitatem. Et sic se habent omnia tempora.

Hip. D. Aestas. Principiū Aestatis est, quādo Sol intrat primū gradum Cancrj, uidelicet. 16. Iunij: finis uero eius, est, quādo Sol est in fine Virginis. f. 16. Septembris. Mensis uero secūdi, Aestatis principiū est, quādo Sol intrat primū gradum Leonis. 12. Iulij: & finis ipsius, quando intrat primum gradum Virginis. 18. uidelicet Augusti. Cuius natura calida est & sicca: eo quod Sol existens in ascensu suo, quantum plus est possibile uersus Septentrionem incedit, ad zenith capitis nostri, & calefacit nos. G. & Hippo. opinantur, quod principium Aestatis sit, quando oritur Gallina, seu frons Tauri, & est principium mesionis.

Hip. D. Autumnus. Principium Autumni, est, quando Sol incipit descendere, intrans principium Libræ. 18. uidelicet Septembris: tunc conuertitur Septentrio uersus temperantiam, declinans ad meridiem: cuius ultimum est Sagittarij decimoquarto uidelicet Decembris. Mense uero secundo est descensus Solis in primum gradum Scorpionis decimo septimo uidelicet die Octobris. Ultimum ipsius est decimoquarto Nouembris. Huius uero natura temporis est frigida & sicca, temperate: sicca, propter siccitatem æstatis remanentem: & frigida, propter adproximationem hyemis.

Apta huc que supra fol. 31. et seq. Cano. 40.

K 2



Ventus Meridionalis, Ventus Septentri, Ventus Orientalis, Ventus Occidentalis, Ver, Aestas, Autumnus.

Demutatione Aëris, occasione temporū, & partū ciuitatum. Scilicet de regionib. epidimias, & eum præseruatiua.

Iuamenta rationabilia.

| | | | | | | | |
|----------------------------|---|---|---|--|--|---|-----------------------------------|
| Hymus. 174 | Frigida, & humid. 0 | Contigua Veri. | Meliora digestiones. | Generant leugma. | Calefactio cū igne, vel uestimento, seu balneo. | Non proportionaria di. Luceantibus. Cal. & sic. | Martius. |
| Regio septentr. 175 | Frigida, & sicca. 0 | Habes bonas aquas, & terram superficiem bonam. | Inducit fortitudinē, & prudentiam. | Pectoribus strictis. | Cum obsequio ratione mensuratum. | Lucenibus. Cal. & humi. | Calidis. |
| Regio merid. 176 | Calid. & sicca. (in alio, sicut.) 0 | Distans a mari, & appropinquans septentrioni. | Inducit largitatem, et alacritatem. | Variolis & morbillis, digestioni, et in selesui. | Confortado stomachum, & caput | Siccantibus. Frig. & sic. | Barb. Barb. iuxta part. Septentr. |
| Regio orientalis. 177 | Temperata. 0 | Septentrionalis, circa partē meridionalē, habens interpositionem. | Fere omnibus virtutibus. | Quia multum fulgurū, & nixam. | Cum secessu in subterranea. | Humidantibus. Temperatis. | Orientalibus. |
| Regio occidentalis. 178 | Variabilis temperata. 0 | Insula Alapbor. | Manifestationi minerarum. | Complexiones deuitare facit. | Cum rectitudinibus ipsas. | Siccantibus. Temperatis. | Septentrionalibus. |
| Aër epidimias. 179 | Malum periculosum. 0 | Cuius nō corruptur substantia. | Destructio inimicorum. | Animalibus terra nascantibus. | Cum fumigationibus contrariis. | Nullis. Nullis. | Malis unguentibus. |
| Tyriaca. 180 | Calida, & sicca. 0 | Quæ liberat gallum toxicatum. | Tussi, & aegritudinibus tri. & sicca. (alias, toxicis.) | Vigilijs. | Cum infrigidantibus, sicut aqua hordei, & similibus. | Frigi. & humi. Siccantibus. Lenio. | Vbi nocuentium. |
| Nomalia. Numeris. | Gradus. Natu. 181 | MELIUS EX RE ipsa quam queris. | IVVAMENTUM eius. | NOCUMENTUM eius. | REMOVENTIO Nocuenti eius. | Acetes. Complexiones. Quid generat. | Regiones. Tempora. |

D O M V S V T A C V I N O R V M

Opiniones Philoſophorum.

Electiones, & Proprietates.

Hip. D. **Hyems.** Initiū Hyemis, est descentus Solis in principiū Capricorni: & est finis declinationis eius uersus medium Decēbris: & ultimū eius est descensus uersus extremitatem pisciū in Martio, ubi est circulus ascensionis meridionalis. Initiū uero est mensis secundi, existentia Solis in Ianuario: & ultimū in Febuario. Et possibile est, quod unus circulus uenit uno die ante, uel post, cuius natura est frigida & humida, propter elongationem Solis a cenith capitis. Hipp. uero opinatur, quod principium eius sit, quando occidit Gallina, seu frons Tauri, quod est tempus feminandi.

Hip. D. **Regio Septentrionalis.** Regiones existentes sub polo Septentrionali, sicut Sclauonia, & similes, sunt fortis frigiditatis, & siccitatis: quarū incolæ sunt ampli pectoris, & prudentes, et horribilis dispositionis propter occultationē caloris: & sunt subtiliū tibiae, propter excessum caloris ipsius, ab extremitatibus, & sunt tamē longæ uitæ, propter bonā digestionem ipsorum: & sunt parum bibentes, eo quod multum comedunt: quorū mulieres sunt fertiles: eo quod non mundificantur a menstruis, propter frigiditatem aquarum, quibus uruntur: & sunt pauci lactis, & difficilis partus: & earum est strictus uenter.

Hip. D. **Regio Meridionalium.** Regiones existentes sub polo meridionali, sicut Aethiopia, sunt fere contrariæ dispositionibus septentrionalibus, quarū complexiones sunt calidæ & humidæ, multarum corruptionum: quarum aquæ sunt turbidæ, & salæ: & colores incolarū ipsarum sunt nigri: quibus festinat ebrietas, propter debilitatem capitis, & humiditatem ipsorum: ad quorum uiscera multum descendit flegmatis: ex quo minuitur appetitus, & debilitatur ipsorum digestio, frigiditatem ipsorum prædicta augente. Quorum & dispositiones sunt suauēs, uitæ breuis, & uentres molles: propter malam digestionem.

Hip. D. **Regio Orientalium.** Regionū Orientalium, aër est clarus, & temperatus sicut Ver: uerum tamen declinans ad siccitatem. Quarū cibi sunt temperati, & aquæ dulces, claræ: eo quod Sol non diu moratur super eis, ut efficiantur salæ: nec elongatur ab eis, ut fiant turbidæ: quarū regionum incolarum colores sunt albi, mixti rubori, & corpora pinguiā, uoces claræ, ægritudines paucae, figuræ pulchræ, somnia sublimia, fructices multi, arbores grandes. Natura gnauī & prudentes, propter temperantiam qualitatis ipsarum, quinimo sunt gentes suauitatis & quietis.

Hip. D. **Regio Occidentalium.** Aër declinans ad caliditatem & humiditatem, non est clarus: quarum cibi sunt calidi, aquæ turbidæ: eo quod Sol non oritur mane super eis. Quarum in æstate aëris est frigiditas, & sero caliditas Solis, sicut accidit in autumno, Propter quod uirtutes eorum sunt debiles, & colores ipsorum mali, & ægritudines multæ. Regionum uero mediarum inter has, complexio est mediocris, cuius natura similis est, naturæ illius cui adproximat, cum diminutione aliqua.

Hip. D. **Aërepidimitus.** Cum fuerit aëris odor horribilis, & aderit multiplicatio uariolarum, & ægritudinum corruptarum & mortalium, morandum est in triptis, seu in domibus subterraneis, & siccis, & in mansionibus, longe uidelicet ab habitationibus: & loca sunt roranda cum aceto, & suffumiganda cum thure, & folijs myrti, & sandalis: & comestio eorum afsiduetur cum aceto præparata. Et etiā potatio aceti lymphata. Et euacuentur corpora, & mundificentur cum medicinis, & minutoribus Afsiduetur & comestio boli armeni loti, & odoratio aquæ ros. & Camphoræ.

G. **Tyriaca.** Completur post 10. annos, & operantur cum ea usq; ad 30. annos, & finitur eius operatio in 40. Et cum aliquis morsus uenenoſe, biberit ex ea scyathū unum, cum uino, & unixerit membrum morsum, confortat cor, & educit uenenum extra. Et incidantur membra morsu scorpionum, & lgentur super eandem partem, & incipiat minuere ægrotum, & dare uinū mixtum cum alōes. Et comprime carnes, & pone super locum morsum. Et detur etiā in potu thus mastigatum sigillarum, Luna in scorpione, in lapide Basar in sculpta, sit figura scorpionis.

Luna etiā existente in scorpione, qui etiā unus sit ex angulis ascendētis.

Et prouocat uomitum mox illius qui toxicatus est, cum lacte.

Apta huc que
supra fol. 75.
Cano. 39. 40.



Hyems.



Septērio. Meridies.



Oriens. Occidens.



Tyriaca.

ET FORTE aliquis legens hunc Librum meum, dicet, quod uixi longo tempore, nec indigui auxilio huius libri: multoties enim immiseci mihi multa diuersa cibaria in stomacho simul & semel, & accidit mihi contrarium dispositionis eorum, quæ dicta sunt: eo quod non euenit mihi inde nisi bonum. Verum si cogitasset dicens hæc, quod Deus dominus noster, si condemnaret suum peccatorem incontinenti ex primo peccato, nullus peccaret. Si fur etiam puniretur de primo furto quod committeret, nullus furaretur. Et si cognouisset corpus humanum similari terræ. Nam quando cultor studuerit super culturam terræ, seminando bona semina, & irrigando eam aqua moderate, & extirpauerit uesperas, & inutiles herbas, accrescunt ei exinde proventus: sin autem, e contrario. Si ergo terris hoc accidit, quid corpori humano? Si quis igitur hoc modo prædicto fuerit opinatus, contradicet sententiæ philosophicali. Nam signum est in hoc, quod Cui, uel Gai, in uere comedunt herbas, & mundificant eorum corpora uomitu. Et huic simile accidit pluribus animalibus. Et possibile est, quod aliquis infectus opponet contra ea quæ diximus, de operatione proprietatis, absque uia probationis: æstimans, quod omnia probatione carentia, non sint alicuius iuuamenti, propter quod non sit curandum de eis. Nos uero dicimus, quod non est de proposito, neque sapientia, negligere iuuamentum quod ex Syrupo acetoso accidit ad extinguendam choleram, donec certificetur ex probatione de operatione eius: imo uti debemus eo, relinquentes inquisitionem probationum, semper adherendo operationi ipsius. Nec debemus ab aliquo labore huius Libri reprehendi: sed paratur nobis, & doctori nostro: eo quod æstimari debet ueraciter, quia ex toto ingenio, et cogitatione nostra inquirentes, nullum librum dimisimus taliter ordinatum, quæ non legissemus cum presentem librum composuimus, ad hoc quod approximaretur cordibus dominorum, & amicorum nostrorum. Rogabimus igitur Deum, ut perducatur nos ad uiam congruitatis, et quod præbeat nobis intellectum habendi noticiam glorificandi, & laudandi eum sicut suæ pertinet maiestati, Amen.

C A N O N A V T O R V M

margine citatorum.

| | | | | |
|------|-------------|------|-------------|--------------|
| Al. | Albes | Buc. | | Filius Alb. |
| D. | Dioscorides | El. | Elken | Gab. |
| | Filius Mun. | | Filius Mes. | Gl. |
| G. | Galenus | Gr. | Giptianus | Glous. |
| Ha. | Hali. | H. | Hippocrates | Ia. |
| Ie. | Iesu | Ieh. | Iehus | Iabes |
| Io. | Ioannes | Ior. | Iordanus | Ioh. |
| Iu. | Iudæus | Ior. | Iordanus | Iohannicius |
| Mes. | Mesue. | Ma. | Maymo | If. |
| Or. | Oribasius | Mun. | Mundinus | Isaac |
| Rog. | Rogerus | P. | Paulus | Iof. |
| | | Ru. | Ruffus | Mas. |
| | | | | Masnoe |
| | | | | Mu. |
| | | | | Museia |
| | | | | Ra. |
| | | | | Rafis |
| | | | | Schi. |
| | | | | Schiarchandi |
| | | | | The. |
| | | | | Theodosius |

LIBER ALBENGNEFIT Philoso-
phi, de Virtutibus MEDICINARVM, ET
CIBORVM, translatus a Magistro
Gerardo Cremonensi de Arabi-
co in latinum.



X ANTIQVORVM LIBRIS, hunc li-
brum aggregavi de uirtutibus Medicinarum, & Cibo-
rum, in quo mentem meam diu fatigavi, & posui eum occupatiōem me-
am, fundendo preces in eo, quod D E O sublimi & glorioso appropin-
quat. quia per ipsum iuuamentum cōmune, & proprium speraui, ultra
id, quod in cognitione illius est de iuuamento in arte Medicinæ.

Medicinæ autem intentio est, sanitas: & est secundum duos modos. Medicinæ in-
tentio, sani-
tas.
Primus modus, est cognitio complexionum corporum hominum. Se-
cundus est, cognitio Medicinarum, & Ciborum, quorū cognitione exi-
stet sanitatis permanētia in sano, & ipsius reditio super infirmum: & sunt
materia curationis per medicinam, & electionem eius. Qui autem uirtu-
tem Medicinarum simplicium, et Ciborum cognitionem uult habere, est
indigens cognitione uiarum quibus earum uirtutes, & ipsarum operati-
ones inueniuntur. Et hæc quidem uia sunt. s. Vna earum est, ut sit medici-
na, cuius uirtutem experiri uult aliquis, uacua a qualitate acquisita acci-
dentali. cuius exemplum est in medicina simplici, aqua frigida, quæ per
accidens corpus calefacit, quando super ipsum funditur: quoniam infrig-
idat cutem, & aggregat eam, & inspissat ipsam, quam ob rem coärtan-
tur uapores qui exspirabant, quare calefacit corpus propter illud: sicut a-
qua calida infrigidat per accidens, quoniam rarificat corpus, quare respi-
rant uapores calefacientes, & infrigidatur corpus. Et secunda est, ut sit æ-
gritudo, in qua experitur medicina simplex. sicut febris ethica. Et tertia
est, ut ea medicentur ægritudines contrariæ, donec certificetur. Et quarta
est, ut sit uirtus medicinæ æqualis uirtuti ægritudinis, quæ cum ea medi-
catur, donec declaretur operatio eius in ea sufficienter. Et quinta est, ut
consyderetur operatio medicinæ, an sit operatio eius in calefactione, &
infrigidatione hora qua recipitur. Nam si non calefacit nisi post spaci-
um, cum in principio infrigidauerit, tunc calefactio eius non est nisi per
accidens: & similiter etiam si non infrigidat nisi post spacium, & iam in
principio rei calefacit, tunc infrigidatio eius non est nisi per uiam accidē-
tis. Et sexta est, ut consyderetur operatio eius in omni corpore, & in omni
hora, quare est eius infrigidatio, & ipsius calefactio una res semper. Nam
si est ita, tunc operatio eius est per naturam: & si non est ita, tunc operatio
eius est per accidens. Et septima est, ut sit calefactio medicinæ in illa re, ad

Cognitio Me-
dicinarū & Ci-
borū discitur
oīo uīs.

quam comparatur calefactio eius, aut ut ipsius infrigidatio non sit in alia. Nam si non comparatur calefactio eius, nisi ad corpus hominis, tunc oportet, ut dicatur, quia calida est ex uia qua calefacit corpus hominis, non propterea quod faciat illud in alio animali. Nam non oportet propterea quod lusquamus infrigidat corpus hominis, ut infrigidet corpus Turdoru, quibus est cibus. Non oportet propterea, quod Nigella soluit hominem, & non nutrit ipsum, ut soluat Coturnicem, cuius cibus est. Et oleum nutrit hominem, et non interficit ipsum, sed interficit omne animal cui non est sanguis. Et octaua est, ut distinguatur inter medicinam, & cibum. Sciatur ergo, quod Medicina est illud, quod calefacit corpus, aut infrigidat ipsum. Et Cibus facit id: quoniam addit in substantia corporis, & augmetat ipsum. Inquit G. Nos nominamus totum, quod facit stare substantiam nostram, & augmentat nos, Cibus: & totum quod mutat naturam nostram, Medicinam nominamus.

Medicina.

Cibus.

Via alie cognitionis Medicinarum, & Ciborum.

Et ex uis iterum quibus extrahuntur uirtutes medicinarum, & ciborum sunt istae aliae, & sunt istae quinque, quae stant loco eius utenti eis, quod dicatur operatio eius, et quo multiplicabitur ratiocinatio. Vna earum est

- 1 uia sumpta ex uelocitate alterationis rei, & difficultate alterationis eius.
- 2 Secunda uia est sumpta ex uelocitate coagulationis eius, & difficultate
- 3 coagulationis eius. Tertia est uia sumpta ex sapore rei. Et quarta est uia
- 5 sumpta ex odore rei. Et quinta est uia sumpta ex colore rei. Prima autem quae est ex uelocitate alterationis, & difficultate eius, est, quod omnis medicina cuius alteratio est uelox ad naturam ignis, est calida potentia. Verumtamen non est necessarium, ut illud ex medicinis, cuius est haec uia, calefaciat corpus hominis, imo non oportet necessario: nisi quando est subtilis substantiae, solidum, durum, in quo non sunt superfluitates, uel uacuitates: quoniam non est grossae substantiae, aut quae est rari corporis, possibile est ignis resoluat illud, & conuertat illud uelociter ad naturam suam, et caliditas corporis non faciat illud cum eo: fit ergo per hanc causam, quod non calefacit corpus. Et scitur, quod medicina, in qua agunt duae caliditates, caliditas ignis, & caliditas corporis hominis, non est nisi subtilis substantiae, rari corporis: sed caliditas ignis potest super illam, & uincit eam uelociter. Hoc cognoscitur duabus rebus: quarum una est Oleum, & altera est Arundo sicca, et Pilus. In oleo quippe quando adproximat igni, inflammatur ab eo: & quando occurrit corpori hominis, non calefacit ipsum calefactione manifesta uelociter. Et ratio quod oleum inflammatur uelociter, et non calefacit corpus hominis, quoniam oleum est uiscosum, grossae substantiae. Cum ergo occurrit corpori, adhaeret ei, & fit difficilis separatio eius ab ipso: quoniam non est possibile, ut attenuetur, & subtilietur per aërem uelociter, & penetret, & perueniat ad interiora cor

poris: quia significatio illius est, quia quādoq; ponis in uase super ignem
 aquam & oleum, de quibus primo finitur aqua, remanet oleum ultimo:
 & Arundo, et Pilus, quando occurrunt corpori hominis, non calefaciūt
 ipsum. Et scitur, q̄ quando medicina est quam præparat ignis, & non
 calefacit corpus hominis, ex duabus rebus id fieri: quarum una est sub-
 stantia caliditatis, & secunda natura materiei. Ignis uero est subtilior res,
 & calidior, qui submergit̄ in corporibus: de proprietate cuius est, ut ad-
 urat ea, donec perueniat ad profundū eorum in spacio breui: & facilis fit
 penetratio eius per separationem partium eorum, & eorum subtiliatio-
 nem, & conuersionem eorum ad naturam suam. At uero caliditas cor-
 porum hominum, non est nisi uaporosa, grossa, debilis, non ualens age-
 re in eis hora qua occurrit eis, operatione qua resoluat ea, & conuertat
 ipsa ad naturam suam. Et omnia quidem, quæ calefaciunt corpus, indi-
 gent, ut in eis agat caliditas corporis in primis, & mutet ea, donec ei red-
 datur post illud, q̄ calefaciunt corpus: hæc est ergo causa, quæ est pro-
 pter substantiam caliditatis. Causa autem quæ est ex natura materiei, est,
 quod ista duo, scilicet Arundo, et Pilus, non est in eis possibile, ut diui-
 dantur, neq; trahātur, neq; frangantur per attractionem, fractura qua fi-
 ant in termino pulueris: omne uero de quo est uoluntas, ut calefaciat cor-
 pus, indiget, ut diuidatur in minores partes q̄ sunt, donec fiat ei facile
 suscipere operationem caliditatis corporis, & impressiōem eius in ipso,
 & mutationem eius, qua immutet ipsum: & ex causa hac, quod calamus
 fit aromaticus, calefacit corpora hominum, plus q̄ faciat ea ex speciebus
 calami quæ sunt apud nos. Secunda uia est sumpta ex uelocitate coagula-
 tionis, & difficultate eius. Dico ergo, quod duæ istæ uia sunt necessariae
 in inquisitione de uirtutibus medicinarum & ciborum. Verūtamen pri-
 ma quæ est sumpta ex uelocitate alterationis eius, & difficultate eius, non
 est necessaria, nisi in consyderatione in esse medicinarum calidarum po-
 tentia. Et secunda quæ est sumpta ex uelocitate cōagulationis, & difficul-
 tate eius, non est necessaria, nisi in consyderatione in esse medicinarū fri-
 gidarum potentia. Et secundum hoc, quando sunt duæ res, quarum esse
 in grossitudine substantiæ & subtilitate eius, occurrit secundum similitu-
 dinem unam, tunc illa earum quæ difficiliter sumit cōagulationem per fri-
 gus, est certe frigidioris complexionis: & quando sunt duæ res, quarum
 esse in subtilitate substantiæ, & grossitudine, non occurrit secūdem simi-
 litudinem unam, tunc si est grossitudo substantiæ unius earum secūdem
 frigiditatem alterius, utraq; simul cōagulantur secundum similitudi-
 nem unam: uerūtamen unam earū, & est illa, quæ est grossioris substan-
 tiæ, æstimat aspiciens eam, quia est uehementis cōagulationis. & causa in
 illo est, substantiæ grossæ: quāuis frigus complexionis unius earū, sit ue-

Ignis calor.

Calor corpo-
ris humani.Velocitas, &
difficultas co-
agulationis.

L

hementius grossitudine alterius. Et in illis, quæ secundum contrarium sunt, non est possibile ut sit coagulatio earū, utraq; in quantitate temporis unius, imo oportet ut illa, quæ ex duabus illis est frigidioris complexionis, aut grossioris substantiæ, coaguletur in spacio temporis minoris, & sit coagulatio illius, quæ est minoris frigoris, et minoris grossitudinis aliarū, in spacio temporis longioris. Et similiter etiā occurrit res in hoc, ut sit una earum durior multum; & durior parū, comparatione sua: illud enim non accidit ei, nisi secundū quātitatem superfluitatis eius, in uno duorum modorū necessario. In tertia uero, quæ est uia sumpta ex sapore rei quæ gustatur, dico: quia cum corpora sint composita ex elementis, & elementa sint inæqualium quantitatū in compositione corporum, propter diuersitatem quantitatū elementorum, et in omni compositione eorū sint proprietates multæ, & fiant saporibus etiā, propter diuersitatem quantitatū harū, proprietates multæ, & cum sint saporibus multi, necessarium fuit instrumentū, quo distinguatur inter illum qui ex illis est cōueniens corpori, et illū qui est incōueniens corpori. Posuit ergo Creator benedictus, & sublimis illud instrumentū, scilicet Linguam, & posuit eam multi sensus: & posuit illud quod continuatur ei ex numeris, multi numeri: quod est, quia continuatur ei. 7. numeri: ut propter illud, quod est ei de superfluitate sensus, distinguat per eam, inter illud quod occurrit ei de calido, frigido, humido, sicco: & distinguatur inter incōueniēs, & cōueniens corporis: & cum res cōuenientes corpori superfluant, et sint quædam earum plus cōuenientes naturæ corporis, & quædam earū minus diuersæ naturæ corporis, oportet ut sint etiā quædam earū plus diuersæ naturæ corporis, & quædam earū minus, ut sint qualitates rerū quæ gustantur multæ, scilicet saporibus earum. Dico ergo, quod qui ex saporibus sunt compositi, sunt infiniti, qui non fiunt, nisi ab additione, & diminutione in compositione. Singulares autē, & simplices sunt octo, & sunt, Ponticitas, Amaris tudo, Acuitas, Acetositas, et Stipticitas, Salfedo * Humectuositas, et Dulcedo. Et sunt isti gustus ex diuersitate substantiæ corporis, quod gustatur in subtilitate, & grossicie: & ex diuersitate complexionis eius. Diuersitas autem substantiæ corporis est: Quoniam si est grossa, fit causa grossicie eius aut dulcis, aut ponticus, aut amarus. Et si est subtilis, fit causa subtilitatis eius aut acutus, aut acetosus, aut unctuosus. Et si est media inter subtilitatem, & grossiciem, fit aut stipticus, aut salfus. Ex diuersitate complexionis quoq;: Quoniam si complexio substantiæ calida est, fit gustus eius amarus, aut acutus, aut salfus. Et si complexio eius est frigida, fit gustus eius, aut ponticus, aut acetosus, aut stipticus. Et si complexio eius est media inter calidum & frigidum, fit sapor eius, aut dulcis, aut unctuosus. Compositio autem specierum subtilitatis substantiæ, & grossitudinis.

Iudiciū rei per
Saporem.

Sapores simplices sunt
octo.

Alias, unctuositas.

eius cum speciebus, caliditatis complexionis substantiæ, & frigiditatis eius facit nouem species compositionis. Quarum una est species cui non est Sapor ex corporibus: & est media inter subtilitatem partium, et grossitudinem earum, & inter complexionem frigidam & calidam. Et octo species reliquæ, sunt illæ, quibus fit gustus. Nam ex compositione substantiæ grossæ, complexione frigida, generatur sapor Ponticus. Ex compositione substantiæ grossæ, complexione calida, generatur sapor Amarus. Et ex compositione substantiæ grossæ, cum media complexione inter calidam & frigidam, generatur sapor Dulcis. Et ex compositione substantiæ subtilis, cum complexione frigida, generatur sapor Acetosus. Et ex compositione substantiæ subtilis, cum complexione calida, generatur sapor Acutus. Et ex compositione subtilis substantiæ, cum media inter calidam & frigidam, generatur sapor Vinctuosus. Et ex compositione, inter grossitudinem, & subtilitatem substantiæ mediæ, cum complexione frigida, generatur sapor Stipticus. Et ex compositione substantiæ mediæ inter grossitudinem, & subtilitatem, cum complexione calida, generatur sapor Salsus. Dico ergo in diuisione gustuum, quod omne quod occurrit linguæ, aut non agit in sensu gustus, aut agit in ipso. Si ergo non agit in ipso, nominatur Thesien, et est illud cui non est sapor. Aut est simplex, sicut aqua, quæ est elementum. Aut est corpus compositum, super quod non uincit calor, neque frigiditas, sed est temperatum. Aut est decliue parumper ab æqualitate ad frigus: sicut sunt medicinæ quæ nominantur opilatiuæ. Et opilatiuæ sunt secundum duos modos. Modus primus est, terrestris siccus, quod ex siccitate exsiccat corpus. sicut Amylum, & Thucia, & Cerussa plumbi, & Climia, & Calx abluta, & Hemathites: quando abluuntur unumquodque eorum decenti ablutione, et quæ sunt eis similia. Secundus est uiscosus humidus, qui humectat corpora. sicut oleum saporitum, & albugo oui, & caseus recens, et pingue ex corpore porci, & cæra saporita, abluta, colata: & sicut malua agrestis & domestica, & interior pars cucurbitæ, & rasuræ eius. Et ista diuersificantur in uiscositate sua. quoniam super albugine oui est terrestitas magis uincens, & super oleum saporitum aëreitas est magis uincens. Quod autem non agit in sensu gustus, est, quoniam simplex est. sicut aqua: & sensus est compositus. Simplex uero non efficit in composito operatione compositi: propterea, quod nulli rei agenti naturali inest ut agat, nisi in eo quod est simile ei potentia, ut extrahat illud ad effectum: neque paretur ei, etiam quod est simile similiter, quia non recipit nisi quod in eo est potentia. Saporem autem simplicem, impossibile est esse in composito, neque potentia, neque actu: & propter illud non recipit ipsum, neque alteratur ad eum, sicut eius alteratio ad compositum, ex eo, propter conuenientiam eius ad ipsum in

Nouem sunt species compositionis subtilitatis substantiæ, & grossitudinis eius.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

Medicinæ opilatiuæ.

Isaac in dietis. Simplicia non agunt in compositis, quod composita in compositis.

Sapores
octo.

compositione. Quod si agat illud, quod occurrit linguæ in sensu gustus aliquid nunc ipsum, aut facit in eo nocumētum, aut in eo delectationem. Quod autem facit in eo delectatiōem, est illud, quod est decliue ei, quod delectat ipsum, & est simile complexioni corporis hominis, & est calidū & humidum, cum æqualitate: facit ergo in lingua ex delectatione simile ei, quod in reliquo corpore, ex delectatione, quādo occurrit ei aqua tepida. Illud autē quod est secundū hanc complexionem, scilicet aqua, super ipsum magis est uincens, nominatur Dulce. Et si aēr super ipsum est magis uincens, nominatur Vnctuosus. Et omnis cibus delectationum, non nocens sensui, est aut dulcis, aut unctuosus, aut utrumq; aggregat saporē. Qui autem ex cibus est, quem cooperit alius ab istis duobus, non assimilatur, & non administratur, nisi cibus, & medicina. Qui autem efficit læsionem in lingua, trahit ipsam, mordicando eam: uel per inordinationem, quam facit. Sed mordicatio est species solutionis continuitatis, quæ per superfluam separationem, sicut calidum efficit, aut per superfluam aggregationem sicut frigidum. Separatio autem calidi, aut est cum grossitudine, et terrestreitate, aut cum subtilitate & igneitate. Et separatio quidem calidi cum grossitudine & terrestreitate, aut est talis, quæ separat uehementer, & nominatur Amarus. Aut talis, quod separationem efficit infra uehementem: & nominatur Salsus. Et separatio calidi cum subtilitate, & igneitate, nominatur Acutus. Et aggregatio quidem frigidi, aut est cum grossitudine, & terrestreitate, aut cum subtilitate, & aquositate. Aggregatio uero eius cum grossitudine & terrestreitate, quando uehementem efficit aggregationem, nominatur Ponticus: & si facit aggregationem, quæ sit infra uehementiam, nominatur Stipticus. Aggregatio uero frigidi cū subtilitate & aquositate, nominatur Acetosus. Iam uero manifestū est, quod Sapores sunt octo. Amarus, Salsus, & Acutus, & Ponticus, & Stipticus, & Acetosus, & Dulcis, & Vnctuosus.

Iam illud quod aggregat linguam, et exsiccat eam, et cōartat eam, et exasperat: et non in eo quod apparet tantum facit aggregationem æqualem a boni latere, sicut frigidum, imo facit aggregatiōem usq; in profundum eius inæqualem, & propter illud facit asperitatem eius, & exsiccat eam: si facit has operationes operatione forti, nominatur Ponticus. Et si facit operationem ut fortem, nominatur Stipticus. Et quādo non efficit aliquid horum quod diximus, imo contrariū illius, & abluit linguam, & abstergit quod est in ea, donec sibi adhærent aliqua ex rebus stipticis, & abstergit eam, & abluit ipsam, nōminatur Salsus. Et si absterfioni eius superfluitas uirtutis addat super operationem falsi, nominatur Bauracus. Et quando abstergit salsus & bauracus, donec exasperat linguam exasperatione uehementi lædenti, nominatur Amarus. Et quando contingit, q̄ occur-

rit linguæ, & facit in ea mordicatiōem, & corrosionem cum caliditate uehementi, nominatur Acutus. Et quando mordicatio, quam facit, est uacua a caliditate quam facit acutus, et cum illo facit in eo cui occurrit simile ebullitioni, nominatur Acetosus. Et quādo contingit, q̄ quando occurrit linguæ, rectificat ex ea quod corruptum est, & sedat, et lenit asperitatem eius, & fit sicut unguentū, quod replet uacuitates, et impinguat maciē: tunc si occursum eius ad ipsam est cum dulcedine linguæ, nominatur Dulcis: et si non delectat eam delectatione dulci, nominatur Vnctuosus. Et sicut Bauracus est de genere salis: similiter suauis, uel saporitus est de genere dulcis: quoniam efficit operationem duplicem ex lenificatione et sedatione. Verumtamen in suaui permiscetur humiditas aquosa multa, & tunc minuit eum a dulcedine sua.

Ponticus ergo est terrestris, qui aggregat & incidit, & constringit poros, sicut coria præparant: et præparat, & ingrossat, & infrigidat, et exsiccatur. Et Amarus est terrestris, calidus, igneus: qui mūdificat meatus, et abstergit, & subtiliat, & incidit grossiciem, & calefacit nō uehementer, et præparat sanguinē ad adustionem, & maliciā, & multiplicat in eo choleram citrinam: quoniā calefacit sanguinē, & exsiccatur ipsum exsiccatione & calefactione forti. Acutus est igneus: qui subtiliat, & mūdificat, & calefacit uehementer, et attrahit, & adurit, et resoluit. Et Acutus calefacit plus q̄ Amarus. Propter illud ergo exsiccatur caliditatem, & inflāmat corpus uelociter, & adurit sanguinem, & mouet ipsum, & facit declinare ipsum in primis ad choleram citrinā: deinde ad melancholiam. Et Acetosus est frigidus, & aquosus: uerūtamen non est cum frigore forti: choleram refrænatur, & sanguinē, et stringit uentrem, quādo stomachus & intestina sunt mūda, & subtiliat ea: et soluit ipsa, quādo sunt in eis flegmata multa: et infrigidat corpus, & incidit, et subtiliat, & aperit, et mundificat meatus: & expellit, & infrigidat in toto illo. Stiptici uero operationes, sunt infra operationes Pontici: qui infrigidat corpus, & exsiccatur ipsum, et minuit carnem eius, & ipsius sanguinem, si assiduetur: & confortatur stomachū, et stringit uentrem: & generatur sanguinem melancholicum: & infirmatur magnitudinem factam in hepate proprie: & nocet neruis, et membris neruosis omnibus, & superfluit in exsiccatione corporis. Verūtamen excitatur appetitum ad cibum fortitudine sua. Salsus uero est terrestris, calidus, sicut in igne: qui adgregatur, et opilat, & exsiccatur: præter quod calefacit uehementer. Dulcis, calidus, temperatus in illo mollificatur & digerit: præter quod calefacit manifeste: & soluit uentrem, et mollificatur stomachum: & conueniens pectori, & pulmōni, tenerum efficit corpus, et multiplicatur sperma: & assiduatio eius multiplicatur choleram, et sanguinem, & commouet ægritudines factas ex eis, et generatur opilationes, & apostemata in hepate,

& in splene: & præcipue quando membra sunt præparata ad illud: sicut fit in febricitantibus et habentibus hepata calida. Vnctuosus uero est aquosus, et aëreus: qui humectat et lenit, et mollificat stomachū, præter quod calefacit manifeste: et mollificat stomachū, et soluit uentrem, et sanat uelociter ante sufficientiam cibi: et præcipue febricitantes, et habentes hepata calida, et stomachum calidum: et lenit uentrem, et humectat ipsum, et addit in flegmate, et retardat cogitationem, et multiplicat somnum. Et dico, quod Ponticus et Acetosus, in frigore sunt æquales: uerumtamen Ponticus est grossus & terrestris, et Acetosus est subtilis, aquosus. Et plurimū operationis Pontici, est in manifesto corporis: quoniam est tardæ penetrationis: et plurimæ operationis Acetosi, est in profundo corporis: quoniam penetrat uelociter in corporibus sensibilibus. Dulcis autē et Amarus, sunt calidi: uerumtamen Dulcis in caliditate sua est humidus, et similiter unctuosus: et propter illud sunt conuenientes naturæ hominis, nutrientes ipsum: cum corpus hominis sit temperatū in caliditate, et humiditate. Amarus autem est calidior Dulci, et siccior eo. Quoniam quando superfluitas fit in decoctione, est omnis dulcis cum igne: aut decoquit ipsum, et uincit super ipsum amaritudo, et inueniuntur amarus & dulcis abstergentes: uerumtamen dulcis abstergit absterfione temperata, et non soluit continuitatem, imo humectat: et amarus abstergit absterfione inæquali, et soluit continuitatem: & quoniam soluit continuitatem, non delectat, ideo lædit: uerumtamen caliditas eius minor est caliditate acuti, & est grossus, siccus, terrestris. Cum ergo ponitur in ulceribus, abstergit ea, et minuit carnem natam in eis: et quando bibitur, incidit grossitudinem superfluitatum quæ sunt in uenis: et propter illud prouocat menstrua, et iuuat ad exspuendum saniem, et humiditatem grossam ex capite, et pectore, & confert sodæ. Et significat super siccitatem eius, quoniam non putrefit, neque generantur ex eo uermes, neque nutrimentum fit ex eo, quando est amarus pure. Acutus autem et Salsus sunt etiam calidi, sicci, sicut Amarus: uerumtamen Acutus est plus calidus, & subtilior eorum, quoniam est igneus: et propter illud corrodit, et adurit, & liquefacit. Sed Salsus est terrestris, calidus: uerumtamen caliditas non efficit in eo operationem suam, quam efficit in Amaro, neque subtiliat eum cum subtilitate, qua subtiliat Amarum: & propter illud Salsus est minoris caliditatis quam Amarus per gradum. Fit ergo Salsus in gradu secundo, et Amarus in gradu tertio.

Quatuor
Gradus.

Antiqui autem contenti fuerunt, ut ponerent quatuor Gradus in uirtutibus Medicinarum, & Ciborum. Cum ergo auditur sermo eorum, calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum: ipsi non uolunt per illud, nisi comparatione ad complexiōem corporis hominis sani: cum sit com-

plexio temperatior complexionibus alijs, & propinquior eis ad æqualitatem, & medicationem qualitatum quatuor: & propter superfluitatem corporis hominis, super reliqua animalium corpora, ligatur cum eo intelligentia: & propter superfluitatē animalis super plantas, adiuncta ei est sensibilitas. Plantis uero facta est materia, et similiter uirtutes animæ, & eius operationes apparent in meliore, plus quàm sit earum apparitio in deteriore. Cum ergo inuenitur ex istis medicinis, et cibus aliquid, quod non imprimit in sensum, neque fugat ipsum aliquam specierum fugæ, tunc ipsum est conueniens corpori hominis, sicut aqua tepida. Nam propter conuenientiam suam complexioni corporis hominis in æqualitate, inuenimus sensum delectari tempore eius, et recipit eius desiderium. Et quando inuenis aliquid, quod in sensu aliquam efficit impressionem, sed tamen illa impressio est sine læsione, neque est horribilis naturæ: tunc scias, quia iam recessit a complexionem corporis hominis in quantitate, quæ apparet ex eo, per gradum unum, et est primus: & quod in eo est, mutat corpus ab æqualitate: uerumtamen non mutat ipsum mutatione manifesta, quare indiget in mutatione eius tempore, sicut est dulcedo, et unctuositas: utraque enim sunt calidæ in primo gradu. Et quando inueneris illud cuius additur impressio, & fugat sensum manifeste, quamuis, uel si non appareat ei nocumentum, neque dolor, scias quod iam additur reflexio eius a complexionem corporis hominis per duos gradus, et est secundus: & quod in eo est, est quod mutat corpus mutatione manifesta, quæ non est cum uehementia, sicut Salsedo, et Acetositas: uel ita ut Salsedo est: uel sit in gradu secundo caliditas, & Acetositas in gradu secundo frigiditatis. Et quando inuenis aliquid cuius impressio iam addit uirtutem & multiplicatur, et facit dolorem, et læsionem, et fugat sensum fuga forti, scimus quod reflexio eius ad complexionem corporis hominis iam sit ad tertium gradum: uerumtamen quamuis mutet corpus mutatione uehementi, tamen non est corruptens sicut Amaritudo. Ipsa namque est in gradu tertio caliditatis. Et quando inuenis aliquid cuius operatio additur, et superfluit: donec corrumpit complexionem corporis hominis, per superfluitatē separationis, si est calidum, aut per superfluitatē adgregationis, si est frigidum, scimus quod reflexio eius a complexionem corporis hominis iam superfluit, et addit, et peruenit ad quartum gradum: et est quod mutat corpus mutatione corruptente: sicut acuitas. Ipsa enim corrumpit cum adustione, et est in quarto gradu. Inquit G. Siccitas quando est in quarto gradu, efficit operationem acuitatis. Antiqui uero conueniunt super hoc, ut starent apud gradum, scilicet et non cogitauerunt in eo quod est post eum: quia non inuenerunt ad illud formam conuenientem in operatione, in qua possibile esset cogitationem incedere: uerumtamen diuiserunt hos quatuor gradus in tres ordines: primum, et medium, et postremum. Dixerunt ergo principium

Primus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

L 8

gradus, et medium eius, et postremū eius. Verū tamen possibile est, ut sint inter hos tres ordines, media occulta sensui corporeo, et propter illud dimisit intellectus eorū remotionē, et non fecit super ea cadere nomen.

4. Odor

Quarta est, quæ est sumpta ex odore rei. Dico ergo, quod Odor secundum plurimū est conueniens sapor: quod est, quia plurimū uaporis imprimat in sensum olfactus, sicut imprimat sapor in sensum gustus. Verbi gratia: ex aceto, et omnibus rebus acetosis, et acutis, sicut allii, et cepæ, suscipit sensus & olfactus simile ei quod recipit sensus gustus. Et in quibusdam rebus diuersis, fit odoratus a gustu, et præcipue in illis, quæ ex medicinis sunt boni odoris. Verbi gratia, Rosæ odor diuersus est a sapore eius. Quod est, quia in rosa inuenit gustus quiddam ponticū, et quiddam amarum, et quiddam insipidū, et aquosum: et comprehendimus illud per gustum, et non comprehendimus hos sapores per odoratū. Verū tamen nos comprehendimus, quod omnis res habens odorem bonū, est calidæ complexionis, subtilis substantiæ: quantitatem uero illius, aut eius compositionem eū frigido, non significat tibi olfactus: per gustū uero est super fiduciam eius quod gustas, et iterum odor non significat, nisi supra illud, quod ex uapore resoluitur de medicina: sed uapor non resoluitur ex omnibus partibus odorati. Quod si resolueretur ex eis omnibus, non esset motio eius, qua mouet olfactum, et operatio eius in eo motio una, & operatio una. Sensus uero gustus non est taliter. Odor ergo antecedit ad sensum olfactus ex superficie medicinæ: et non resoluitur ex omnibus partibus rei odoratus: et si resolueretur ex eis omnibus, non occurreret sensui olfactus in hora una. Et tu quidem, quando gustas rosam, iudicās quod isti sapores sunt in ea: et quando olfacis eam, non iudicās quod sunt in ea.

5. Color

Quinta uero, quæ est sumpta a colore rei, est, quia si rosa est rubea in colore suo, & ceruisa est alba, non tamen omne rubeum est calidum, neque omne album est frigidum. Nix enim & Calx, et Sambucus, & Piper album, et Gypsum, et Zuccarum, et Elleborus albus, et Amylum, & lac, omnia ista albi sunt coloris, diuersarum uirtutum et contrariarum. Iudicium ergo super uirtutem medicinæ ex colore eius, longinquius est a uerificatione, quam iudicium ex calore eius. Cuius exemplum est illud quod præmissum est, ex hoc, quod in colore uno sunt medicinæ calidæ & frigidæ, humidæ & siccæ. Verum certificatur ex colore, quod uinum, & mel, & cepa, & uua, & ficus, & quæ sunt illis similia, quanto plus est unumquodque uehementioris albedinis, est minoris caliditatis: et omne quod est uehementioris caliditatis, aut rubedinis, aut nigredinis, est decliuus ad caliditatem. Et similiter Rosa, & quæ sunt illis similia, Nam rosa quanto plus est uehementioris albedinis, est frigidior. Et similiter est in tritico, & fabis, & faliolis, & lentibus, & cicere, et

omnibus seminibus & floribus, sicut lilium album, et citrinū, et uarium.
Et quod est citrinū, aut rubeum, uehementioris est caliditatis, q̄ album.

¶ Sermo in adpropinquatione Medicinæ ex

C O R P O R E .

QUANDO uis cognoscere uirtutem rei, tunc incipe, et experire
re uirtutē eius cū re cui adiungitur : & oportet ut discernas me-
dicinā agentem cum substantia sua, ex eo quod præcescit ex
rememoratiōe nostra de eo. Et uolo ponere aquam subiectam nobis, ut
inquiramus de ea. Nam qui ex uulgo infirmi sunt, eam accipiunt, et sani,
et uiuū indigens ea est. Comparemus ergo eam in primis ad corpus tem-
peratū, quod non est frigidum ualde, neq̄ calidum: deinde comparemus
eam post illud ad illos, quorū naturæ sunt malæ cōplexionis attempera-
mento existētes. Quādo ergo facimus illud, inuenimus aquā infrigidare
corpus temperatū in tēpore longo: & infrigidat illud quod est malæ com-
plexionis uelociter, & præcipue, quando aqua est frigida: quando uero
aqua est calida, infrigidat ipsum cū tarditate. Et si cōpares aquā frigidam
ad corpus adolescentis, calefacit corpus eius tēpore paruo: & si appropin-
quas eam ad illū, qui habet ægritudinē simplicem calidā, aut frigidam, ca-
lidam simplicē, sicut est febris ethica, et frigidam simplicē, sicut febris acci-
dens ex congelatione per niuē, infrigidat eū aqua infrigidatione manife-
sta: & oportet ut non sit frigus eius per accidens, sed per naturā suam. for-
tasse em̄ ægritudo est composita, sicut apostema calidū. Cum ergo appro-
pinquamus ei aquā, efficit in eo operationem secundū modum natura-
lem: deinde facit in eo operationē aliam accidentalē: & quando ægritudo
est simplex, non efficit aqua in eo operationē accidentalem. Et tu quidem
experire operationē medicinæ simplicis, in ægritudine simplici, per ope-
rationē medicinæ cōpositæ, in ægritudine cōposita: & est opiū super apo-
stema calidū. Et medicina quidē composita, operatur in corpore plus, q̄
sit opatio medicinæ simplicis. Exemplū quidē opationis cōpositæ in cō-
positis, est, psiliū, quod plus infrigidat corpora nostra, & abscindit sitim,
q̄ aqua: quāuis aqua in natura sua sit frigidior psilio, quādo est puræ fri-
giditatis: quoniā est elementū, quod est simplex. Et propter illud cōuenē-
rūt philosophi super hoc, q̄d elemēta non nutriūt corpus oīno, neq̄ assī-
milant alicui mēbroz, nisi mediantibus plantis, et sanguine. qm̄ Elemen-
ta propter propinquitatē suam ad plantas, cōueniunt cū eis, et permutan-
tur ad eas: et plantæ propter propinquitatē suam ad sanguinē, assimilant
etiā cum eo, & pmutant ad ipsum: & sanguis ppter propinquitatē suam
ad mēbra animalis, assimulat eis, & permutat ad ea: qm̄ per eum est eorum
uirtus, & ipsorū essentia. Longiores uero res a cibo animalis, sunt elemēta:
cum sint simplicia, quibus non sunt sapes: propter illud recipiunt sa-

Aquæ op̄
ratio.

Elementa.

Plantæ.

Sanguis.

pores omnes, & apparent in eis: sicut recipit aqua, cui non est color, oēs colores: & propter illud facta est humiditas grandinea, quæ existit: uisus ita, quod non est ei color, quare recipit colores: & facta est lingua sine sapore, & propter illud recipit saporis: & cum in interiore parte hominis palatæ, est plurimum sensus tactus, & est temperatius quod sit in corpore. Cum ergo tu ponis aquam subiectum tuum, & non mentitur sensus tuus, & tu quidem experire aquam, cuius uis experientiam, in primis cum sensibus tribus: scilicet per uisum, ne aqua sit turbida: & per gustum, ne sit ei qualitas falsa, aut alia: & per olfactum, ne sit ei qualitas mala, foetida. Cum ergo est taliter, est aqua primitiua, munda, pura: hæc est ergo aqua frigida in natura sua. Cum ergo tu calefacis eam, non est aqua sola per calefactionem calefaciens, & comburens etiam, sed similiter est opium, & pomum dæmonis, & mandragora omnia, quando calefacis ea, & appropinquas corpori hominis, calefacis ipsum & comburis illud, etiam quando sunt superflue caliditatis. Dico ergo, quod medicinæ omnes quarum tu uis experiri uirtutes, quando tu ponis eas super corpus hominis, oportet, ut non sit in eis caliditas accidentalis, & frigiditas, & non aqua solum, sed omnes res. Cuius exemplum sit cæra, quam liquefacis cum oleo saporito, & fricas eam, & infrigidas ipsam cum aqua, & ponis eam super membrum calidum: quare infrigidas ipsum, & humectas illud: & non per frigus naturale, sed per illud quod adquisiuit ab aqua frigida de frigiditate. Secundum hoc ergo exemplum, inquire de rebus omnibus: nam certificabitur tibi, quod uis de cognitione uirtutum medicinarum, & ciborum, quando approximabis corpori eius ex uirtute accidentali. Et oportet ut discernat, qui uult cognitionem uirtutum medicinarum, & ciborum illud quod dicitur in ea, scilicet ex eis experiri, quod est calidum, aut frigidum potentia & actu. Calidum ergo actu, sicut caliditas existens in igne. Potentia uero, caliditas existens in Piretro, & Castoreo, & Pipere, & quæ sunt illis similia. Et frigiditas actu, est sicut frigiditas existens in glacie, & niue. Sed potentia frigiditas, est existens in opio, & pomum dæmonis, & mandragora. Et intentio sermonis nostri cum potentia, est, quod res præparata est, ut sit in actu: & dicitur secundum duos modos. Aut per hoc, quod mutatur. Aut illud, ut generetur. Mutatio autem eius est, quando remanet species eius, sed quod non remouetur, sicut cum res alba fit rubea. Generatio uero eius, quando alteratur, & conuertitur. sicut panis fit sanguis. Panis ergo est sanguis potentia: cum ergo alteratur, & conuertitur, fit sanguis actu, & non remanet panis, secundum quod fuit. Et oportet, ut discernat quod dicitur in re: quia calefacit corpus secundum duos modos. Aut calefacit ipsum ita quod addit in caliditate caliditatis eius, & augmentat eam. Aut quod ad

Actus.
Potentia.

Mutatio.
Generatio.

dit in substantia eius. Si ergo addit in caliditate corporis, nominatur medicina calefaciens actu, aut potentia. Actu, sicut ignis. Et potentia, per uiam qua est medicina. Et hæc species, aut est propinqua, sicut uenenum Viperæ. Aut minus propinqua, sicut Cantharides: & sunt utræque corrumpentes corpus, & sunt ex genere medicinarum interficientium. Plurimum autem in propinquitate paucitatis sunt, sicut Euphorbium, et Piretrum, & Castoreum. Et si addit in substantia corporis, tunc etiam est actu, aut potentia. Actu quidem, sicut puer teneri corporis, quem applicat homo pectori suo, donec occurrat stomacho eius. Potentia uero est, sicut cibus superueniens corpori. Quod autem superuenit corpori ex cibo, est secundum duos modos. Veniens ita quod uincit eum corpus in primis, est cibus: deinde corpus uincit ipsum in postremo, & nominatur cibus medicinalis. Et oportet ut discernat, quod medicinarum sunt quatuor genera. Primum genus est, quod non mutat corpus, & ipsum mutat corpus. & hoc genus est perimens, aut cum caliditate, sicut uenenum Viperarum: aut cum frigiditate, sicut opium. Et secundum genus est, quod mutat corpus, & corrumpit ipsum: & hoc genus etiam mutat, aut ita quod attenuat & subtiliat, sicut est illud quod accidit ex Iusquiamo: aut ita quod putrefacit, sicut illud, quod accidit ex Cantharidibus: & hoc genus etiam est corrumpens corpus. Et tertium genus est, quod corpus mutat, deinde reddit ipsum, & mutat corpus & calefacit ipsum calefactione uehementi, sicut Euphorbiū, & Castoreum, & Piretrum, & Piper. Et quartum genus est, quod mutat corpus in primis, deinde corpus post illud mutat ipsum. Cum ergo mutat ipsum, addit ipsum in substantia caliditatis corporis: Si est ex rebus calidis, superfluam caliditatē, sicut cepæ, et alium, & synapi, & quæ sunt illis similia. Quod si est ex rebus frigidis, superfluam frigiditatem, sicut lactuca, & similia hordei, id est, hordeum fractum in mola, & quæ sunt illis similia. Manifestum est igitur, quod genera medicinarum sunt quatuor. Quoniam rei superuenientis corporis uirtus, si est comparata uirtuti corporis, & corpus agit in eam, deinde reddit ipsam, & agit in corpus, tunc est medicina absolute. Et si est fortior corpore, donec non ualeat corpus agere in eam, neque mutare ipsam, imo ipsa est mutans corpus, tunc ipsa proculdubio est medicina corrumpens, interficiens. Et si corpus est fortius ea, donec mutet ipsam, & soluat eam, donec assimilet eam substantiæ suæ, tunc ipsa est cibus absolute: quoniam cibus generat in membris corporis secundum dispositionē assimilationis suæ cum eo impressionem, & mutat ipsum post hanc mutationē. Et hæc mutatio & impressio, est fortasse manifesta sensui: et fortasse non est manifesta in principio rei, sed declaratur post spacium longum. Et quod ex cibo imprimat in corpus impressione manifesta, nominatur cibus medici-

Medicinarum
4. genera.

cinalis. sicut lactuca ex frigidis, & allium ex calidis. Hæc enim duo antequam digerantur, mutant corpus. Lactuca igitur infrigidat, & propter illud dormire facit: & allium calefacit, & propter illud sitire facit. Deinde utraq; postquam digeruntur, addunt in quantitate substantiæ corporis tantum, præter quod mutant ipsum in qualitate sua.

Modi cognitionis uirtutum Medicinarum & Ciborum.

Et oportet ut scias, quod cogitationi uirtutum Medicinarum, & Ciborum sunt duos ordines. Ordo primus est, cognitio frigidi & calidi, & humidissimi, et sicci. Et secundus ordo est, cognitio digestiui ex eis, & lenitiui, & indurantis, & opilatiui, & aperientis opilationem, & absterui, & rarificatiui, & inspissantis, et aperientis orificia uenarum, & constringentis ea, & comburentis, et putrefacientis, & minuents carnem, et consolidantis, & attrahentis, et albezearim, & sedantis dolorem.

Sermo in MATVRATIVO.

MATVRATIVUM est calidum & humidum, cuius caliditas est æqualis superfluitatibus quæ eo curantur, neq; minuitur ex humiditate eius aliquid. Et maturatiuum quidem cum æqualitate sua corpori, in caliditate & humiditate sua, oportet ut sit opilatiuum, uiscosum. quoniam quando ipsum opilat poros corporis, coärtat spiritum innatum, per quem fit digestio, et reliquæ operationes naturales. Et est sicut oleum concussum cum aqua calida, & farina tritici decocta cum aqua calida, et panis, & oleum, et pinguedo porci, & pinguedo uituli, et pix, et resina pini, et butyrum rubeum, scilicet coctum. Ista quando coniunguntur cum oleo calido, & thus, et colofonia, et sisamum, ista quando impinguntur, et caulis decoctus cum butyro cocto, et quæ sunt illis similia.

Sermo in LENIENTE.

LENIENS autem est calidum: uerumtamen est plaris caliditatis parum, quæ corpus cuius lenit duriciem, & plaris siccitatis: & propter illud, quod membrum quod indiget medicina leniente, est duricies: et duricies, quæ indiget medicina leniente, est accidens a chimo frigido, grosso, & uiscoso: tunc indiget medicina in qua sit caliditas, quæ liquefaciat illum chimum, et resoluat ipsum, & finiat eum: et non oportet, ut sit caliditas eius superflua: ut non finiat subtile et dimittat grossum in lapidem conuerti, et non resoluatur. Oportet ergo, ut sit caliditas eius in gradu secundo, et in principio tertij. Et siccitas eius iterum non oportet, ut sit superflua, imo in gradu primo. sicut folia altheæ cum butyro cocto, et mastix cum butyro crudo, & bdelliū, & storax liquida, & aqua rosata, & armoniacum, et hyssopus humida, et quæ sunt sicut illa, et medulla ossis cerui, et medulla ossis uituli, et medulla ossis cameli, et pinguedo gallinæ, et pinguedo capræ, et pinguedo anseris, et muscilago altheæ, et muscilago seminis lini, & muscilago fenugræci, & quæ sunt illis similia.

¶ Sermo in Indurante cum FRIGORE.

INDURANS cum frigore, est sicut Portulaca, & Psilium, et Al-
tahalub, et quæ sunt illis similia ex Solatro.

¶ Sermo in OPILATIONE.

ET OPILANS cum frigore, est Medicina quæ opilat poros
corporis opilatione absq; apertione. Et est, pculdubio, aut terrestris,
aut uiscosa, nō mordicans. qm̄ si est mordicans, nō fit ut figat in po-
ris: quoniā liquefacit ex mēbro aliquid, aut trahit ad ipsum aliqd, quare
resoluitur, et currit. Oportet ergo, ne sit ei sapor oīno, neq; caliditas uehe-
mens, neq; frigiditas uehemens. Terrestris quidem est, sicut amyllum, &
thutia, et cerusa plumbi, & climia, et calx, & hematites. Ista omnia, quan-
do abluuntur decenter, deinde exsiccant. Viscosa uero non mordicatiua
sunt, sicut malua syluestris, et malua domestica, & interior pars cucurbi-
tæ, & rasura eius, et citrulli: & quæ sunt illis similia.

¶ Sermo in Aperiente OPILATIONES.

APERIENS autem Opilationes, est contraria opilanti: quo-
niam subtiliat res grossas, & incidit eas: et est illa quæ est amara:
aut baurachia, sicut radix lilij coelestis, et squilla, et amigdala amara, et her-
bus, & baurachi, et lupinus, & seha: et quæ est ex medicinis apertiuis, in
qua est cum uirtute operationis aliquid ponticitatis, aut stipticitatis. Si
ponitur exterius, non aperit, propter stipticitatē suam, aut propter pon-
ticitatem: & si bibatur, aperit opilationes uiscerum.

¶ Sermo in ABSTERGENTE.

ABSTERGENS uero est similis aperienti opilationes, ue-
rumtamē est debilior ea, & non indiget subtiliatione illa, qua in-
diget aperiens opilationes: & propter illud plures medicinae quæ abster-
gunt sunt dulces, sicut mel, fabæ, et hordeum, et amigdala, & batheca dul-
cis, & furfur tritici, & similia eis.

¶ Sermo in RARIFICANTE cutem.

ETIAM est qd calefacit corpus calefactione tēperata, & non ex-
siccatur, & non est grossū. sicut camomilla, & flos altheæ, & oleum
de lierua, & oleum de raphano, et oleum antiquum, & his similia.

¶ Sermo in INSPISSANTE cutem.

EST SIMILIS opilanti, uerumtamen est debilius eo: & est
illud qd est frigidū, aquosum, non mordicatiuū. sicut aqua frigi-
da hordei, et spuiua, & lenticula aquæ, & poma mādragore, et eis similia.

¶ Sermo in APERIENTE orificia uenarum.

HOCEST grossum, acutum. sicut allium, et cepæ, et fel tauri,
& lilium, et flos papaueris ruffi, & cepa narcissi, et alhalchoen, &
oleum lilij coelestis, et quæ eis sunt similia.

H **¶** Sermo in Constringente P O R O S , & V E N A S .
H O C E S T grossum, frigidum, stipticum, non uiscosum, sicut uirga pastoris, & arnoglosa.

A **¶** Sermo in A D V R E N T E .
A D V R E N S est calidum superfluū, grossum, sicut arsenicum, & zega, et calcantum, et æs ustum, et cinis ficus, & sinapis, et itaefisagria, et refilia, & est coruifcus, et similis est eis arbor Mariæ.

E **¶** Sermo in Putrefaciente, corrodente.
E S T calidum superfluū, subtile, sicut zimar, & urtica: et eis similia.

E **¶** Sermo in diminuyente carnē ex V L C E R I B V S .
E S T E X genere zinziar, uerūtamē est debilius eo, sicut cortices æris, et hemarites, & cucumer asininus, et radix colocitidæ, et cinis testudinis, et cinis cancroræ, et cinis limaciarū, et cinis serpentū, et uiparū.

E **¶** Sermo in C O N S O L I D A N T E .
E S T Q V O D constringit, & desiccatur cum æqualitate, sicut sanguis draconis, & thus, et myrrha, & aloes. Et quādoq; consolidatur per accidens illud quod minuit carnes, quando ponit ex eo parū cum eo quod consolidatur ulcus, sicut cærotū. Et ex eis est qd consolidatur cū stipticitate sine mordicatione, sicut alumen, et gallæ, & merdasengi, et plumbū ustū, et scoria ferri, plūbi, & cerussa plūbi, et antimoniū combustū. Et ex eis est qd consolidatur cū mordicatione, et adustione, sicut colcotar cōbustū, & tuthia, cathymia, et cortices ferri, & cortices æris, et calx abluta quadā

E **¶** Sermo in A T T R A H E N T E . (ablutione).
E X E O est, quod attrahit cū qualitate sua: et ex eo est, quod attrahit natura sua. Quod ergo attrahit natura sua, est sicut medicinae solutiuae. Sed quod attrahit qualitate sua, attrahit per caliditatem, & subtilitatem. Et caliditas & subtilitas, aut sunt in medicina ex natura sua: aut insunt ei ex putrefactione, quæ accidit ei. Quod autem ex natura medicinae est, est sicut pulegiū coruinū, & serapinū, et asa. Sed qd est ex putrefactione quæ accidit medicinae, sicut fermentū, & sterco antiquū, et limus.

E **¶** Sermo in B E Z A A R I M .
E X E O E S T quod agit cum euacuatione. Quod autem agit per hoc quod resoluit, aut resoluit ex sua qualitate: aut resoluit sua natura. Quod facit illud sua natura, complexio eius est media, in eo quod est inter rem recipientē ad rem, quā recipit: & propterea illud quādo ministratur in hora sanitatis, est nociuum.

E **¶** Sermo in S E D A N T E dolorem.
E S T I L L V D quod est calidū, sicut cōplexio corporis in gradu primo: & est subtile, euacuans, et resoluens, & rarificat, et subtiliat, & ma

turat, & uenit cum omni quod est in membro ex dolore, et ex infirmitate ad æqualitatē. sicut chimus calidus, aut uiscosus: & si est grossus, aut multus, aut annexus in poris subtilibus: aut uentositas frigida, aut grossa, cui non est meatus: & non oportet, ut sit stipticum inflatiuum, sicut oleum ænetinum, imo nudum ex uirtute stiptica.

¶ De tertio Ordine.

ORDO autem tertius, est cognitio eius quod frangit lapides, et eius quod adiuuat spueri illud quod est in pectore, et mundificare ipsum, & mundificatis cerebrum, et mundificatis aures, & oculos, et os, & palatum, et stomachum, & intestina, et hepatis uenas, & gibbositatē eius, & splenem, et renes, & uesicam, et prouocantis urinam, et lapidem: excitantis coitum, & abscindentis coitum, et generantis lac, & abscindentis ipsum, & prouocantis menstrua, et abscindentis ea, & mordificatis intestina ex stercore, et uermibus, & prouocatis sudorem, et mundificatis sudorem corporis.

¶ Sermo infrangente LAPIDES.

EST illud quod incidit: quando non est caliditas manifeste: nā tunc frangit. sicut radix spargi, & radix arundinis, et poliū, & nitrū adustum contritū, et acetū squillæ, & cinis scorpionū, et lapis spongiæ: quoniam ista sunt frangentia. Quando cum eis est caliditas uehemens: dum indurant lapidem, non frangunt ipsum. Et si cum eis est caliditas quæ non sit uehemens, sicut diximus, & accipiatur cum eis, adiuuat res humida ad frangendum. quoniam si fuerit superflue caliditatis, separant subtile a grosso, & educunt subtile, et remanet grossum.

¶ Sermo in mundificante pulmonē, et pectus, & iuuante ad

Asma, et Tussim antiquā, & generationē Saniei in eis.

ILLA sunt semen bautiæ syluestris, et est daucus, & semen lini, et alhalsæ, et semen raphani, & raphanus, et nasturcium, & sisamū, et cordumeni, et semen cucumeris, & semen batellinæ, et semen rutæ, et nigella, et piper, & polium, et prasiū, & cassioli, et rahunt, et costus, et amomum, et sulphur, et galbanū, et myrrha, & opoponacū, et cepæ, & alliū, & squilla, et calamentū, et hyssopus sicca, & amigdala amara, et ficus sicca, & pinea, et castoreum, & herbus, et armoniacū, & bdellium, et olibanū, & asa, et aristolochia longa & rotunda, et sticados: & ouū sorbibile, quando sorbetur cum melle: et ficus antiqua, quando decoquitur in lacte, præcipue camelæ, et cicer cum lacte. Et conferunt per accidens, subfumigatio cum laudano, et cum storace, & stercus leporis, et pili eius, et stercus Gazeli, & radix cucumeris asinini, et semen feniculi: & rahunt, quando subfumigatur cum eo, iuuat.

¶ De Mundificantibus Cerebrum.

MVNDIFICANTIA cerebrum ex naribus, quando cum eis fit caput

purgium, sunt succus siclæ, & succus cucumeris asinini, et oleum de lilio, & oleum de amigdalibus, et succus radices arboris Mariæ, & quando exciscatur radix, & teritur cum pipere et baurach: et calamentum.

M **¶ De Mundificantibus OCVLOS.**
 V N D I F I C A N T I A Oculos per lachrymas, et conferunt pruriti, et grauitati, & corrosioni, et debilitati uisus, sunt omnes medicinae abstergentes. sicut feniculum humidum, et aqua cinnamomi, fel perdicis, et mel, & aqua casili, et oleum de hierua, & oleum balsami, et oleum nucis, et oleum anetinum. Et ex succis, ad illud etiam sunt succus acori, & harmel, et succus papaueris ruffi, & arboris Mariæ, et succus cepæ, & synapis, & rutæ.

M **¶ De Mundificantibus AVRES.**
 V N D I F I C A N T I A Aures, sunt mel, et uinum dulce, & oleum amigdalinum, et fel tauri, & succus capparibus, et fel piscis omnis, & ficus, et baurach, & myrrhæ, et succus siclæ, & similia eis.

M **¶ Mundificantia Cerebrum ex ORE.**
 V N D I F I C A N T I A ex Ore cerebrum sunt, passa montana, id est, stasifagria, et squinantum, & mastix, et piretrum, & synapis, et muri, & quæ sunt eis similia, quando mastificantur: et quandoque decoquuntur, et gargarizatur cum eis.

M **¶ Mundificantia per PALATVM.**
 V N D I F I C A N T I A ex Palato, sunt baurach, et aloes, & semen urticæ, et grana alhoros, hoc est, Cardamomum, et synapis, & calamentum, et hyssopus, & allia.

C **¶ De Confortantibus stomachum, et nocentibus ei.**
 C O N F O R T A N T I A stomachum, et nocentia ei. Conferentia autem ei sunt, dactyli immaturi, et citronia, & oliuæ salitæ, et oliuæ conditæ cum aceto, et oleum crudum ponticum, et glandes, & castaneæ: et præcipue quando comeduntur in lacte: et omnia olea spinosa: et sunt illa, in quibus sunt amaritudo, et stipticitas: et rosæ, et fumus terræ, et napi conditi cum aceto, et cum synapi, et raphanus, et synapis, et nasturcium, et piretrum, et spargus cum muri & aceto, et myrtilli, et alcanneriæ, et similia eis: et capparibus condita cum sale, et cortices citri, et absinthium, et aloes, et uinum purum. Et nocentia ei sunt grana luniperi, et grana Pini maiora & minora, et grana halhert, et alhacoen, et semen agni casti, et sicla, et acetosa, et napi crudi, et bleta, et atriplex, et malua, et quæ sunt eis similia (nisi comedantur ista cum muri, et aceto, et sisamino) et fenugrecum, et lac: quoniam accescit in eis quod sunt frigide complexionis, et in stomacho frigido. et mutantur in stomacho calido. et isseha armeni, et abrotanum, et baurach, et mel, quoniam sumitur multum ex eo, et batelma, et omnis

medulla, et cerebrū, et uinum nigrū & grossum et durū, præcipue nouū.

¶ De Mundificantibus I N T E S T I N A.
M V N D I F I C a n t i a Intestina sunt titimallus, et lac eius, & semen atriplicis, et succus caulis, et decoctio polypodij, et aqua ciceris, et folia agni casti, et decoctio alahafsæ, et scordion, et calamētum: et butyrum recens, quando assidue lambitur: et ficus sicca, quando feruet in aqua: et oleum olfacinum, et agaricum.

¶ De Mundificantibus uenas H E P A T I S.
M V N D I F I C a n t i a uenas hepatis sunt de pulpa cologntidæ, et camomilla, et absinthiū, et aq̄ casei, et ius galli antiq̄, decrepiti, et aq̄ ciceris.

¶ De Mundificātib. Gibbositatē hepatis. (ceris albi.)
M V N D I F I C a n t i a Gibbositatē hepatis, sunt amomū, et decoctio squinanti, et radix acori, et gentiana, et cortices radices lauri, et rahunt, sene, et succus liquiricis, et amigdala amara, et anisum, et feniculū, et daucus, & semen apij hortulani, et montani, et asarū, et myrrha, et eupatorium.

¶ De Mundificantibus R E N E S.
M V N D I F I C a n t i a Renes sunt oīs medicina incidens, sicut radix arnoglossæ, et fructus eius, et spargus, et radix peoniæ, et radix ciceris nigri, et amigdala amara, et capillus Veneris, et fu, et cime squinanti, et daucus, et semen apij hortulani, et montani, et acorus, et cortex arboris uitis, et sanguis hyrci siccatus.

¶ De Mundificantibus S P L E N E M.
M V N D I F I C a n t i a Splenem, sunt elleborus niger, et decoctio calamenti, et cortex radices capparidis, et infusio cucurbitæ amaræ, et tamariscus, et pulpa coloquintidæ, et camomilla.

¶ De Mundificantibus V E S I C A M.
M V N D I F I C a n t i a Vesicam sunt stercus galli exsiccatum, et rahunt, et sauina, et carpobalsamū, et decoctio glandiū, et fructus alhulaię, id est, aglenter, et balaustia, et succus liquiriciæ, et decoctio rubæ, et menta, et foliū, et spica, et nera excorticata, et spargus.

¶ De Prouocantibus V R I N A M.
P R O V O c a n t i a Vrinā, sunt oīa quæ calefaciūt, et exsiccāt. Et plurima illorū sunt medicinæ acutæ, sicut apij, et semen eius, et feniculi, et semen bauciæ, et ameos, et fu, et meu, et asarū, et acorus, et apium montanū, et sifeleos. Et ex prouocantibus est semen spargi, et semen cucumeris, et melonis, et bauciæ, et scariolæ, et napi, et secaniabin.

¶ De Mundificantibus Lapidem ex uesica.
M V N D I F I C a n t i a lapidē ex uesica, et renibus, sunt cordumene, et ciperi, et oleum de amigdalibus dulcibus, et bdelliū, et radix

feniculi, et olibanum, et amigdalæ amaræ, et decoctio radicis altheæ. Et testiculi porci exsiccati, qui teruntur, et sumitur puluis eorum siccus: deinde parū uini post ipsum. Et lapis Iudaicus, et lapis inuentus in spongia marina, et stercus columbarum, et cinis leporis.

¶ De Stimulantibus Coitum.

S T I M Vlantia Coitum, et multiplicantia sperma, Ex cibus quidem, omne qđ est multi nutrimenti, multæ inflationis. Ex medicinis uero, omne calefaciens, humectās. Cibi quidē sunt sicut pineæ, et cicer, et fabæ, & ficus, et amigdalæ, et nux, et fistici, et cēpæ, et lac cū zaccharo, et uitella ouōrū, et sisamū, et mel. Et medicinæ, eruca, et spargus, et stincus, et satyrion, et secacul, et piper nigrū, et est granū alzelem, et been, et zinziber.

¶ De Abscindentibus Coitum.

A B S C I Ndentia Coitū, et desiccantia sperma, sunt, quæ ex cibus sunt ingrosantia, exsiccantia, infrigidantia. Ex oleribus qđem lactuca, et atriplex, et blitus, et cucurbita, et cucumer, et citroli, et sandix, et morū, et aluiniar, et alcofre. Et omne exsiccatiuū ex medicinis, sicut ruta, et piper, et agn⁹ castus, et ciminū, et myrabolani, et carabe, et ciperi, et balauſtiæ.

¶ De Prouocantibus Lac.

P R O V O C A Ntia Lac, et generantia ipsum, sunt aqua hordei cum lacte, et feniculū humidum decoctū, et semē feniculi, et anetum, et anisum, et semē lini, et farina milij, et decoctio fenugręci, & eruca, & semen cucumeris, et caulis coctus. Et ex eis qbus fricat corpus, et prouocatur lac, sunt lumbrici terrestres, et nigella, et scoria ferri, et fel tauri, et succus hordei infusi, et pinguedo anseris, et omne subtiliatiuū, incisiuum, qñ cū eo nō est caliditas, nisi equalis, pauca, et nō est exsiccatiuū, gñat lac.

¶ De Desiccantibus Lac.

D E S I C C A Ntia Lac, sunt oīa desiccantia, sicut piper, et ruta, & arbor Abraam, et arbor Mariæ, et anetū, et coriandrū siccū, & semen albedarogi, et menta, et calamentum, et sauina, et semen rutæ, et lupinus, et pulegium ceruinum. Et omne infrigidatiuum, stipticum, sicut sumac, et balauſtiæ, et lens, et acetum, et agreſta. Et omne narcoticum frigidum, sicut lactuca, et coriandrum, et iusquiamus, et papauer.

¶ De Prouocantibus Menstrua.

P R O V O C A Ntia Menstrua secundum plurimū sunt oīa quæ prouocant urinā cum calefactione et subtiliatione. sicut asarum, & aqua mellis, et castoreum, et aqua ciceris, et myrrha, et daucus, et serapinum, et casoli, et galbanum, et sauina, et rubea, et calamētum, et storax, & arbor Mariæ, et alcannia, et altit, et opoponacum, et faseoli: omnia ista prouocant menstrua: et quando sufficientia est super unum istorum, et decoquitur in uino, et bibitur, prouocat menstrua.

¶ De Abscindentibus Menstrua.

ABSCIDENTIA Menstrua, sunt thus, et balaustia, et galla, et acacia, et carabe, et bolus armenus, & terra sigillata, et semen plantaginis, et scoria ferri, & myrabolani. Et ex eis ponuntur super dorsum, & super ilium sinistrum, et abscondit menstrua, sicut sanguis draconis, & antimonium, et alumen: et quæ sicut eis similia.

¶ De Mundificantibus Intestina ex stercore.

MVNDIFICANTIA Intestina ex stercore sunt, storax, et aloes, & mastix, et allium, quando bulliuntur cum oleo, et muri: et synapis, et ficus cum baurach, et medulla cartami.

¶ De facientibus descendere uermes.

FACIENTIA descendere uermes, et ascarides, et lubricos ex ventre, sunt seha armenum, et alabrenge, et lupinus, et abrotanum, et lumbrici terrestres, et ataraxacon, et scariola agrestis, et sal indum, allinitran, et nigella, et polium, et ficedis, et herba auris muris, et fel tauri, et coloquintida, & aloes.

¶ De Prouocantibus Sudorem.

PROVOCANTIA Sudorem ex corpore toto, sunt calida sicca omnia, sicut cimum, & anisum, et calamum, et polium. Et ex oleis, et medicinis, etiam cum quibus fricatur corpus, sicut oleum cum baurach, et oleum cucumeris asinini, et oleum raphaninum, et oleum balsami, & oleum camomille, et oleum anetinum, et albenaketin, et est purum, et oleum nardinum, et costus, et ex illo balsamum, et carpobalsamum, et rahunt, et calamus aromaticus. Et ex medicinis que excitant sudorem, quando subfumigantur cum eis, sunt castoreum, et bdellium, et agnus castus, et lens parua, et car-

¶ De Mundificantibus Cutem. (pobalsamum.

MVNDIFICANTIA Cutem sunt arsenicum rubeum, et citrinum, et aristolochia, et calamus aromaticus, et piperum, & stafisagria, et sambucus, et cinis glandium, et radix altheæ, et farina fabarum, et farina lupinorum, et sarcocolla, et mel, et herbus, et baurach, et spuma maris, et dactyli, et cicer: et uniuersaliter omne in quo est abstersio.

Inquit Aggregator huius libri. Iam præmissi illud, quo fit iuuamentum ex cognitione uirtutum Medicinarum, et Ciborum, et quomodo auxiliatur per illud, & nunc in principio narraui ea. Dico ergo, propterea, quod Cibi, et Medicinæ sunt multæ, conuenere antiqui, præcipue postremi, ut ordinarent ea secundum literas alphabeti. Et hoc est ubi incepi.

¶ Explicit ALBENGNEFIT.

M 2



VONIAM PRIMOS VETERES, ut de uirtutibus cuiusque medicinae singillatim in caliditate, frigiditate, siccitate, & humiditate loquerentur, ualde sollicitos esse cognoui: unde in hoc quatuor inuenerunt differentias, uel definitiones, dicentes Gradum primum, et secundum, & tertium, & quartum in unaquaque qualitatum esse: quod tamen in composita medicina dicere praetermiserunt. Non enim dixerunt, quod haec medicina, scilicet composita, in aliquo gradu ita, & ita existat, in caliditate, uel frigiditate, siccitate, & humiditate: non tam, quod magis proprium fuerit, scientiam eius rei in medicina simplici attendere, quam in composita. Licet enim huius rei scientia secundum ordinem simplicis medicinae praecedat compositam, non est tamen conueniens, ut ipsa in sola simplici attendatur medicina, & non in composita. Quia composita medicina, quamuis ex medicinis constet, quarum uirtutes in simplicitate earum diuersificantur, non tamen sequitur, ut eius complexio diuersificetur quando componitur: intellexi, quod ad scientiam uirtutum medicinarum compositarum pertingere, non minimi existat lucri. Quia igitur medicinam compositam multoties componimus, consecutum est, ut eius uirtutes secundum multitudinem, & paucitatem diuersificentur: quod quidem prouenit ex uirtutibus earum, a quibus fuerit composita. Impossibile enim fuit, ut in quarundam uirtutibus, ex quibus fuit composita, consisteret, & illarum uirtutes non obtineret. Quia igitur illud inuestigare proposui, nec potui praetermittere, quin cuiusque gradus relationem quam ad alterutrum habet, percipere studerem, in inquisitione aequalitatis absolutae laborare aequum fuit. Ipsa enim est ubi contraria aequaliter coniunguntur, ita ut a neutro eorum ad aliud declinet. Fuit itaque eius inquisitio magis proprie praemittenda. Quia nil calidum dicitur, nec frigidum, nec siccum, nec humidum, nisi ex eo quod temperamentum iam addidit supra aequalitatem: & quia ipsa est & origo, & principium, & elementum huius totius quod de hoc dicitur, & ab ipsa prouenit augmentum, & in illa resoluitur. Si enim quid sit resolutionis intentio quaeritur. Dicitur, quod sit augmentorum ab aequalitate ablatio, donec aequalitas remaneat. Sicut ego, si DEVS uoluerit, explicabo.

Resolutionis
intentio

Et quia eorum quæ super æqualitatem addita fuerunt, neque quantitates, neque species omnino notæ fuerunt, necesse fuit nobis illud explicare. Augmentorum autem intellectus, Gradus sunt quatuor, qui supra æqualitatem additi sunt. Dicam ergo, quod omnia Augmenta naturalia quinque modis sunt. Primum est Augmentum dupli. Post quod est augmentum quod addit partem unam: quod est continens quantum est illud cui comparatur, & eius medietatem. Post hoc uero est augmentum addens partes, quod continet quantum illud, & eius duas tertias. Post hoc sequitur augmentum dupli, quod addit partem, & est compositum ex prima specie & secunda. Consequitur autem hoc augmentum dupli, addens partes, quod ex prima scilicet specie, & tertia componitur. Quia ergo hoc ex parte exponere in numeris naturalibus cupio, ipsos secundum ordinem naturæ supposui in ordinibus suis, quorum unus alium præcedere non potest: & incæpi ab uno, qui est causa numeri, cum ab illo ortus fuerit, & creuerit. Quod, ut menti hunc librum nostrum legentis, citius infigatur, & affirmetur, æquum fuisse credidi præmittere, quod
de hīs quinque speciebus
præposuimus.

Augmentorū
modi quinque.

Est autem ordo naturalis iste, i. ij. iij. iij. v. vi. vij. viij. ix. x. Dico igitur, quod augmentum duorum supra unum, duplum est unius: & unum duorum, est medium. Iam igitur patet, quod primum augmentorum naturalium, est augmentum dupli: & quod duo, duplum sunt unius. Nos quoque augmentum dupli præmisimus: quia natura ipsum præmisit: & quia prima proportio naturalis, quæ in directione paucitatis inuenitur, medietas existit, id est, quod unum eius ordinis est, qui est post ipsum, scilicet duo, medium est. Apud nos enim nihil interest, utrum dicatur augmentum, siue dicatur proportio. Præterea dico, quod augmentum trium supra duo, est id quod addit partem, hoc est, quod tria iam addiderunt supra duo; partem duorum: duorum namque pars unum est, & est illud quod addit partem. Iam ergo manifestum est ex hoc, hoc augmentum naturali ordine sequi illud, quod est ante ipsum. Similiter quoque augmentum quatuor supra tria, ex genere est eorum, quæ addunt partem. Inde dico, quod augmentum quinque supra tria, sunt duo: duo namque duæ partes trium existunt, quod illud est quod addit partes. Dico igitur, quod augmentum quinque supra duo, est primum augmentum duplum, quod addit partem, & est illud quod quinque iam addiderunt supra duo cum duplo eorum & uno: unum namque duorum est pars: & hæc est pro-

Primum aug-
mentum.

Secundū aug-
mentum.

portio composita, quam componi diximus ex proportione dupli, & ea quæ addit partem. Dico etiam, quod augmentum octo supra tria, est primum augmentum duplum, quod addit partes: & hoc est, quod octo iam addiderunt supra tria duplum ipsorum ex duarum partium suarum quantitate: & est proportio composita, quam ex prima specie & tertia componi diximus. Iam ergo manifestum est ex his quæ diximus, illud quod præmisimus de his quinque modis, necessario ponendum ab eo. Quorum primus augmentum dupli continet, sicut, 1. & ij. & iij. & viij. Et secundus id quod addit partem: ut ij. & iij. & iij. & v. Tertius similiter modus augmentum partium continet: ut, quinque ad tria, & nouem ad septem. Quartus uero est modus augmenti dupli, quod addit partem, ut, ij. & v. & xi. & xxij. Et quintus est, in quo est augmentum dupli, quod addit partes: quemadmodum, iij. & viij. & xvij. & xxxviij.

Consideremus ergo, quanta proportionum fiat resolutio, ut ad æqualitatem redeant, & ponamus aliquid, quod sit exemplum, & regula, qua perueniamus ad hoc quod in æqualitatem resoluere uoluerimus. Multa enim sæpe quærentur, ad quorum scientiam perueniri non potest, nisi exemplis rerum positis, quæ cum eis sint eiusdem generis. Ponamus igitur tres numeros proportionales dupli proportionem. Æqualitas enim, ut post hæc explicabo, inueniri non potest, nisi in hac: & ipsa est prima species, quam præmisi, quæ etiam prima naturaliter est inuenta. Hoc autem est, ut sint tres numeri proportionales, & sic proportio primi ad secundum, ut secundi ad tertium. Quos cum conuertimus, erit proportio tertij ad secundum, ut secundi ad primum: & fit primus minor, secundus medius, tertius maior. Cum ergo uoluerimus eos resoluendo ad æqualitatem reducere, minuemus ex medio quantitatem minoris, & ex maiori quantitatem medij, & minoris, & qui remanent æquales inueniuntur. Si ergo remanentes species secundum ordinem dupli composuerimus, statuentes duplum in lineis, & ponentes maiorem primum, & minorem postremum: & deinde superposuerimus huic primo ei similem, & sub medio numerum continentem quantitatem ipsius, & huius primi, & sub postremo quantitatem ipsius, & primi, & duplum medij, prouenit compositum, quod addit partem. Illud quoque quod addit partes constituitur: componimus id quod addit partem quemadmodum prius posuimus duplum, & exequimur omnia quemadmodum fecimus prius. Duplum autem quod addit partem constituitur: componimus illud quod addit partem, ita ut est absque conuersione, & facimus ut prius fecimus. Duplum autem quod addit partes componitur, cum statuerimus illud quod addit

partes absque conuersione: & exequimur in eo omnia ut in alijs fecimus. Cum ergo has species resoluendo ad æqualitatem reducere uolu-
erimus, minuemus ex medio minoris quantitatem, & ex maiori du-
plum eius, quod residuum fuit ex medio, & quantitatem minoris: &
si numeri tres æquales remanserint, iam illud inuenimus quod quære-
bamus: Si uero non, iam egressi sunt ab illa specie, in qua relationem
habuerunt, & transierunt in illam speciem quæ magis remota est a na-
tura, quam species a qua resoluta fuit hæc. Post hoc quoque conse-
quenter operabimur ut prius. Quod si numeri tres, qui sunt residui, æ-
quales sunt, & conueniunt, iam consecuti sumus quod uoluimus. Si
autem non, iam in aliam speciem transierunt, quæ magis elongata est a
natura ipsius.

Verbi gratia. Ponamus æquales numeros in linea una, tribus ordini-
bus distincta, et sit prima, & sint in ea isti tres numeri 1. 1. 1. Deinde ad-
iungamus ei lineam secundã, in qua sint ordines numerorũ proportionem
dupli proportionales, & sunt isti, 1. ij. iij. Si ergo uoluerimus resolu-
uendo eos ad æqualitatem reducere, ex medio quod est duo, minuemus
quantitatẽ minoris, quod est unum, Deinde minuemus ex maiore quod
est quatuor, duplum eius quod remansit ex medio, et minorem quod est
unum, & duo, et remanebit unum. Iam ergo numeri omnes resoluendo
æquales inueniuntur. Quod si quod ex quatuor superfluit speciebus, resolu-
uendo ad æqualitatem reddere uolueris, non consequitur, ut ea quæ re-
sidua erunt æqualia inueniantur, imo in aliam speciem transibunt, quæ
a specie æqualitatis naturaliter remotior erit. Exempli causa, duabus li-
neis tertiam adiungemus, in qua erunt numeri proportionem continen-
tes augmenti, quod addit partem: & sunt isti, iij. vi. ix. Deinde an-
nectemus huic lineam quartam continentem proportionem augmenti,
quod addit partes, in qua sint numeri isti, ix. xv. xxv. Huic quoque con-
sequenter adiungemus lineam quintam, in qua sint numeri continentes
proportionem dupli, quod addit partem, & sunt hij, iij. x. xxv. Cui
similiter annectemus lineam sextam, in qua sunt numeri connexi pro-
portione dupli, addentis partes, & sunt isti, ix. xxij. lxxij. Cum
ergo uoluerimus harum specierum numeros resoluendo ad æqualitatem
reducere, minuemus ab omni linea ex lineis cuiusque speciei, numerum
minorem ex medio, & deinde medium & minorem ex maiore. Nume-
ri igitur qui residui erunt, non inueniuntur æquales, imo erunt natura-

liter remotiores a specie æqualitatis. Quapropter ex eo quod superflu-

it, oportebit nos facere quemadmodum exequuti fuimus:

prius resoluendo, donec æqua-
litas inueniatur.

Quod dicit hic, non quiescen-
dū, donec æ-
qualitas inue-
niat, sciēdum
esse non posse
eo modo quo
ostēdit. Sed si
ita fiat, ut i du-
plici ostēsum
est, iueniri po-
terit qd dicit.

Possunt autem hæ species & aliter componi, & non secundum dispo-
sitionem dupli, sic, ij. iij. iij. quæ est linea numerorum qui addunt
partem. Et deinde adiungimus ei quartam lineam secundum proporti-
onem augmenti addentis partes, ut eam in qua sunt, iij. v. vij. Et post
addimus ei lineam quintam continentem proportionem dupli, quod ad-
dit partem: ut illam in qua sunt, ij. v. xi. Et deinde adnectemus ei se-
xtam lineam, continentem proportionem dupli, quod addit partes. ut
illam, in qua sunt, iij. viij. xvij. Quemadmodum subiecta docet
figura.

| | | | | | | |
|------------------------------|-------|---------|---------|-----|------|---------|
| Aequalitas. | i. | i. | i. | | | |
| Multiplex. | i. | ij. | iiij. | | | |
| Superparticularis. | iiij. | vi. | ix. | ij. | vij. | iiij. |
| Superpartiens. | ix. | xv. | xxv. | ij. | v. | vij. |
| Multiplex superparticularis. | iiij. | x. | xxv. | ij. | v. | xi. |
| Multiplex superpartiens. | ix. | xxiiij. | lxiiij. | ij. | vij. | xviiij. |

Quod hic di-
cit, æqualitatē
nō posse repe-
rirī, nisi in du-
pla proportio-
ne, ppter gra-
dus, de qbus
intendit dicit:
aliter eīm nun-
q̄ posset oīde-
re, qd intēdit.

Cum ergo uoluerimus has quatuor species resoluendo ad æqualita-
tem reducere, minuemus in unaquaq; linea, cuiusq; speciei numerum mi-
norem ex medio: deinde medium, & minorem ex maiore: quod post-
quam fecerimus, remanebunt numeri non tenentes æqualitatem, uel in
parte, uel in toto: nec unquam reperies, quod omnes numeri qui refi-
dui sunt, æquales inueniantur. Iam ergo ex hoc manifestum est, æqua-
litatem minime reperiri posse, nisi in proportione dupli, quæ est prima:
et est etiam ostensum, quod proportio dupla proportionalis est, et quod
augmenta quæ resoluendo ad æqualitatem reducuntur, sunt proportio-
nalia. Si ergo quamlibet quatuor specierum conuertendo ad dupli pro-
portionem, quæ est prima, reducerimus, inueniemus æqualitatem in
eis, & quod proportionales fuerint. Ideoq; dictum est, quod æquali-
tas non inuenitur, nisi in proportione dupli. Postquam ergo iam osten-
sum est, primum ex augmentis naturalibus, augmentum dupli esse, &
quod æqualitas in ea reperitur, cum alia in ipsam resoluuntur, demon-
strabo æqualitatem quæ est in qualitate. Deinde ostendam illud, quod
ab æqualitate egressum est: & post hoc in ipsam resoluam, donec aug-
mentorum mensuræ supra æqualitatem manifestæ sint,

si D E V S uoluerit.

Aequalitas
absoluta in
qualitate.

Dico ergo, quod æqualitas in qualitate, est contrariorum adinuicem
temperantia in re æquali, & eorum effectus æquales, scilicet ut eius sit ca-
lefactio quanta infrigidatio. Oportet igitur, ut egressus ab æqualitate,
sit augmentum unius qualitatis supra sibi contrariam. Quod sic colligi-
tur, Caliditas & frigiditas contrariæ sunt, quarum unaquæq; eam quæ

fibi affertur fugat. Sic igitur in æqualitate sunt æquales, quarum neutra aliquid super aliam addit, nec intenditur. Conueniens tamen est, ut cum una ex qualitatibus aliquid supra sibi contrariam augmentauerit, secundum suam speciem addat. Iam igitur manifestum est, quod discessus ab æqualitate in qualitate, est augmentum unius duarum qualitatum supra sibi contrariam. Apud nos enim nihil interest, siue æqualitates dicantur temperantes, siue æquantes, seu alternantes, siue rectificantes. Quod autem unius qualitatis augmentum dicimus, nihil aliud intelligi uolumus nisi ipsius intensionem. Augmentum enim in qualitatibus non proprie dicere possumus. Ipsum enim ex proprietatibus quantitatis una proprietas existit: & quia unaquæque duarum qualitatum contrariarum locum occupauit, in quo ipsi consistit eleuatio. Futurque locus quem calor occupat, ab eo quem tenet frigiditas, alius. Vnus enim locus duobus non supponitur contrarijs. Indigemus igitur, ut dicamus in æqualitate tot partes contineri calidas, quot frigiditas, cum ipsa in minimas diuiserimus partes.

Si autem nobis aliquis obijciat, dicens caliditatem causa suæ raritatis & dilatationis maiorem occupare locum debere, quam sit locus quem tenet frigiditas, & hoc causa suæ constrictionis. Dicemus caliditatem non dilatari, cum eius contraria coniungatur ei & æquetur: quia contrarietas est inter eas, & infectio: nec etiam æquius est, caliditatem remouere frigiditatem a loco suo, quã ut caliditatem frigiditas. Postquam ergo caliditati nunc adest, quod diximus contra frigiditatem, non dilatatur in loco suo caliditas magis,
quam frigiditas in suo.

Quod si uolueris minimam ex partibus rei in complexione æquali, intellectualiter considerare, quæ est pars indiuisibilis causa suæ paruitatis: & inuenies conueniens esse, ut sit in ea tantum caliditatis, quantum frigiditatis: cum rei æqualis compositio facta sit ex partibus istis. Iam ergo ex hoc uerificatum est, in re æquali tot partes calidas contineri quot frigiditas: & manifestum est, quod discessus ab æqualitate secundum qualitatem, est augmentum unius qualitatis supra sibi contrariam: quod etiam indagando secundum quantitatis directionem exposuimus. Iam igitur ostensum est, quantitatem eorum, quæ ab æqualitate discesserunt, secundum quantitatem in qualitate ex hoc quod in eis est de æqualitatis manifestatione, metiri. Deinceps uero explicabo eorum resolutionem in æqualitatem, præcipue cum æqualitas non reperitur, nisi in eo quod in ipsum resoluitur. Dicam ergo, quod licet augmenta, quia supra æqualitatem fuerunt, in æqualitatem resoluantur, præter augmentum dupli, consequens est tamen secundum hunc

N

ordinem, ut non omne quod ab æqualitate discesserit, in ipsam proprie resoluetur: & quia iam manifestum fuit, quod in re æquali tantum est caliditatis quantum frigiditatis. Ponamus rem æqualem, unam partem, cuius una medietas calida, & altera ipsius frigida sit: & ponamus etiam unamquamque contrariarum quæ æquantur, medium. Erit ergo calidum medium, & frigidum medium.

Dico ergo, quod oportet ut sit quantitas augmenti primi, quod discessit ab æqualitate, cuius calor non uehementer sensui manifestus apparuit, dupla caliditatis quæ in re æquali existit. Ex eo itaq; patet, quod de augmento dupli exposuimus, & est in dupla frigiditatis quæ est in re æquali, postquam rei æqualis caliditas tanta est quanta frigiditas ipsius, & est pars media ex unaquaque earum, sicut diximus. Est ergo in augmento primo quantitas caloris, pars prima integra. Frigiditas uero quantitas mediocritatis caloris qui est in ipso. Cum ergo resolverimus hoc primum augmentum in æqualitatem, & remouerimus unum duplum caliditatis, remanebit media pars calida, & media frigida: & ipsæ sunt duo media, quæ se uicissim contemperant, ex quibus processit æqualitas. Ex hoc quoque manifestum est, quod æqualitas in unoquoque augmentorum reperietur cum remouerimus prima augmenta. Inueniemus ergo partes contrarias, quæ sese, ut dictum, temperant.

Dico præterea, quod oportet ut sit mensura augmenti secundi, cuius calor excesserit augmentum primum, manifeste dupla caloris primi, augmenti primi, quemadmodum de augmento dupli docuimus: & quia mensura primi augmenti iam fuit pars una integra, & dupla caloris qui est in re æquali, & dupla etiam frigiditas ipsius, oportet ut sit calor secundi augmenti duæ partes, & sit duplex caloris primi augmenti, & quadruplus caloris qui est in æqualitate, & quadruplus etiam frigiditatis quæ in ipsa continetur. Ipsius enim calor, ut dictum est, eius frigiditati æqualis est. Quod ergo in augmento secundo frigiditatis inuenitur, tantum est, quantum quarta pars caliditatis in eodem inuentæ. Cum ergo hoc secundum augmentum abstulerimus, remanebit primum: primum quoque cum remouerimus augmentum, remanebit media pars calida, & media frigida: & ipsum, ut dictum est, sunt duo media, quæ ad inuicem temperant se, a quibus æqualitas processit.

Et dico itidem, quod oportet, ut sit mensura tertij augmenti, cuius calor & effectus secundum augmentum excesserunt uehementer, non tamen multitudine dupla caliditatis augmenti secundi. Quod ex hoc manifestum est, quod de augmento dupli exposuimus. Sed quia men-

fura augmenti eius secundi, dupla fuit caloris augmenti primi, & quadrupla caloris qui est in æqualitate, exigat ut sit calor augmenti tertij, quadruplus caloris augmenti primi: & quia calor augmenti primi duplus fuit caloris qui est in re æquali, & duplus frigiditatis eiusdem, oportet ut sit calor augmenti tertij octuplus caloris, qui est in æqualitate, & octuplus etiam frigiditatis, quæ in ipsa existit, postquam calor æqualitatis frigiditati ipsius æquatur. Ex hoc quoque patet, quod illud, quod in augmento tertio frigiditatis existit, tantum est quantum octaua pars caloris eiusdem. Cum ergo abstulerimus hoc augmentum tertium, remanebit secundum augmentum: quod inde cum sublatum fuerit, remanebit augmentum primum: hoc quoque primum cum remotum fuerit, remanebit media pars calida, & media frigida: & ipsa, ut dictum est, sunt duo media, quæ sese uicissim temperant, a quibus processit æqualitas.

Item dico, quod oportet ut sit mensura augmenti quarti, cuius calor & effectus tertium augmentum uehementer supergressi sunt, dupla caloris augmenti tertij. Quod ex eo patet: quod de augmento dupli docuimus. Sed quia calor augmenti tertij, quadruplus fuit caloris augmenti primi, & caloris qui est in æqualitate octuplus, oportet ut sit mensura caloris augmenti quarti octuplus caloris primi augmenti, & sexdecuplus caloris qui est in æqualitate: qui etiam frigiditatis in ipsa, quæ in ipsa reperitur sexdecuplus existit: quemadmodum ostendimus, quod calor æqualitatis est sicut eius frigiditas. Est ergo illud frigiditatis, quod in quarto existit augmento, tantum, quantum est medietas octauæ partis caloris in ipso existentis. Cum ergo remouerimus hoc quartum augmentum, remanebit tertium: tertium quoque cum abstulerimus, remanebit secundum: cumque secundum remouerimus, remanebit primum: primum quoque cum sublatum fuerit, remanebit media pars calida, & media frigida: & ipsa, ut sepe dictum est, sunt duo media, quæ se ad inuicem temperant, ex quibus æqualitas constituta est. Non dissimiliter quoque erit mensura augmenti primi, & secundi, & tertij, & quarti, cuius æqualitatem frigiditas supergressa est: quemadmodum fuit mensura caloris, qui æqualitatem excessit, cuius supergressionem explanauimus. Caliditas quoque, quæ est in augmento cum frigiditas intenditur, ita erit, ut fuit frigiditas augmenti in quo fit caloris intensio.

Postquam ergo iam exposuimus manifeste hoc quod proposueramus in æqualitate absoluta, reuertamur ad ostendendum hoc in æqualitate, quæ secundum relationem attenditur. Dico ergo æquale in medicina, quod secundum comparisonem quam habet ad humanam speciem, æquale uocatur: & est quod neque calefacit, neque infrigidat,

Æquale in medicina secundum comparisonem.

neque humectat, neque desiccatur. Cum igitur aliquid sic fuerit, consequens est, ut quod ex caliditate in eo continetur, sit, quemadmodum continetur illud, quod ex frigiditate, & calidarum partium quantitas in eo sit tanta, quanta frigidarum, cum scilicet ad humanam speciem æqualem comparatur: hoc est, quod si huius calefactio respectu illius speciei, non est maior ipsius in frigiditate, uel humectatio desiccatione, ipsum est æquale, quod secundum comparisonem dicitur. Oportet etiam, ut hoc æquale sit principium, & eius elementum ad quod dicitur æquale: quia in ipsum resoluitur illud quod supra ipsum augmentum fuit, & quod ab eo egressum fuit. Oportet etiam, ut mensuræ augmentorum supra hoc æquale sint, quemadmodum augmentorum mensuræ supra æquale absolutum fuerunt. Conueniunt igitur huic æquali, quod secundum comparisonem dicitur, ea quæ æquali, quod absolute dicitur, conuenire monstrata sunt: hoc est, quod ut diximus, hoc æquale est principium, & elementum eorum respectu quorum dicitur, & in ipsum resoluntur augmenta, postquam ab illo orta fuerint.

Huius autem, quod dicimus medicinam hanc calidam, uel frigidam, uel siccam, uel humidam in primo gradu existere, expositio est, quod eius caliditas, uel frigiditas, uel siccitas, uel humiditas, aliquid supra æquale auxit, quod est primum augmentorum, sensui non ex toto manifeste occurrens. Et iam ostensum est, primum augmentum naturale, est augmentum dupli, & quod in ipsum in æquale resoluitur. Oportet ergo, quod partes qualitatum, quæ sensui occurrunt, & in gradu primo existunt, duplum sint huius, quod est in æquali secundum suam speciem, & duplum etiam eius, quod in eo est ex sibi contraria, secundum quod iam declarauimus. Sed cum remouerimus, quod est in primo gradu, quod scilicet est primum augmentum ex partibus qualitatum supra æquale additum, remanebit æquale, in quo qualitates secundum æqualitatem connectuntur: sicut ostendimus in conuersione, quæ fit secundum resolutionem, cum aliquid ad originem reducitur, a qua ipsi fuit principium. Gradus enim primus non ab alio constituitur, nisi ex duplo, quod est in æquali ex sua specie, uel si uis ex sibi contraria, quemadmodum declarauimus. Similiter cum dicimus hanc medicinam calidam, frigidam, siccam, uel humidam in gradu secundo, eius intentio est, quod eius caliditas, uel frigiditas, uel siccitas, uel humiditas iam aliquid supra primum gradum auxerit, quod est primum augmentum supergrediens primum gradum manifeste. Et oportet ut sit huius augmenti mensura dupla eius, quod est ante ipsum in primo gradu: quemadmodum ostendimus, quod resolutio, quæ fit, cum aliquid ad suum reducitur principium, quod est æquale, non inuenitur, nisi in augmento

dupli. Erit ergo uirtus qualitatis in secundo gradu dominantis, dupla uirtutis dñantis in primo: sed uirtutis dominantis in primo gradu mensura, ut ostensum est, dupla fuit mensurę uirtutis, quę est in æquali, secundũ suam speciem, aut si uolueris, secundũ sibi contrariam. Erit ergo uirtus in secũdo gradu dominãs quadrupla eius, quod est in æquali secundũ suam speciem, aut si uolueris secundũ sibi contrariam. Cum ergo illud quod in gradu secundo superat, remouerimus, remanebit gradus primus, in quo primũ augmentum attenditur: & cum primũ sustulerimus gradũ, remanebit æquale, in quo qualitates secundũ æqualitatem coniũguntur: sicut demonstrauius in cõuersione quę fit dum reditur ad æquale. Non distinetur etiã cum dicimus medicinã hanc calidam, uel fri. uel sicca. uel hu. in gradu tertio existere, intenditur, quod eius cali. uel fri. uel sicca. uel hu. iam addit supra gradum secundũ, quod est primũ augmentorũ, quę gradum secundum supergressa sunt, non tamen in ultimo. Vnde oportet, ut huius tertij augmenti mensura dupla sit eius quod ante ipsam existit, in secundo gradu: sicut ostendimus in augmento dupli. Mensura uero augmenti secundi, iam dupla fuit mensurę augmenti primi, & quadrupla suę simili, ut sibi contrarię, quę est in æquali. Erit igitur mensura dominiij tertij gradus quadrupla augmenti primi, & octupla eius quod in æquali inuenitur, ex sua simili, uel ex sibi contraria. Cum ergo tertij gradus dominium sustulerimus, residuũ erit gradus secundus: secundum quoque cum remouerimus, remanebit primus: hunc quoque cum abstulerimus, remanebit æquale, in quo qualitates, secundum æqualitatem cõmiscuntur. Similiter cum dicimus hanc medicinã calidam, uel frigidam, uel siccam, uel humidã in quarto gradu, intendit, quod eius caliditas, uel frigiditas, uel siccitas, uel humiditas, iam aliquid auxit supra gradũ tertium, quod existit primũ augmentum, tertiuũ gradum excedens: cuius effectus ualidus existit, hoc est, quod ad nos ex eius caliditate peruenit, cõbustionem operatum est, & quod ex eius frigiditate, insensibilitatem, & mortificationem efficit eius cui applicatur. Oportet igitur, ut sit huius quarti augmenti, mensura dupla eius quod ante ipsum est in gradu tertio, sicut de augmento dupli patefecimus. Sed tertij augmenti mensura, iam fuit quadrupla uirtutis gradus primi, & octupla eius quod est in æquali ex sua simili, uel sibi contraria: erit igitur secundum hoc uirtus dominiij quarti gradus, octupla uirtutis primi gradus, & sexdecupla illius, quę est in æquali, ex sua simili, uel sibi contraria. Cũ ergo hunc quartũ gradum ad æqualitatem reuertendo reduxerimus cum sublatione eius quod est in eo, relinquitur gradus tertius: tertium autem cum abstulerimus, remanebit secundus: & secundum cum remouerimus, remanebit primus: primo quoque sublato, residuum erit æquale, in quo qualitates, æqua-

litati connexæ sunt. Hoc itaque modo, qualitas resolutionis augmentorum ad æquale consistit, a quo eorum fuit principium. Ex hoc quoque manifestum est, uirtutes graduum medicinarum, quæ ab æquali principium sortiuntur, ad ipsum resolui, uel conuerti a quo processerunt. Nos autem iam ostendimus, resolutionem in æqualem inueniri non posse, nisi in proportione dupli, & proportionem dupli proportionalem existentem. Sequitur ergo ex hoc, uirtutes graduum medicinarum sensui apparentes, quæ scilicet supra æquale aliquid augment, proportionales dupli proportione existere. Ordo uero proportionum ex quo ad hanc peruenitur conclusionem, est, ut dicamus uirtutes graduum medicinarum esse, quæ in æquale cōuertuntur: sicut iam manifestum est. Omne autem quod in æquale resoluitur, in proportione dupli existit. Consequens igitur est ex hoc, ut uirtutes graduum medicinarum sensui apparentes, proportionales sint dupli proportione.

Comparatio
nes Gradnū
ad inuicem.

Cum ergo adiunxerimus huic conclusioni suam comparationē: hoc est, quod hoc est, quod proportio dupli est proportionalis: consequitur ex hoc, uirtutes graduum medicinarum dominantes, proportionales esse: scilicet ut sit proportio caliditatis, quæ in æquali consistit ad caliditatem, quæ in primo gradu attenditur, sicut proportio caliditatis gradus primi, ad caliditatem secundi gradus. Et proportio caliditatis gradus secundi ad caliditatem tertij gradus, sicut proportio caliditatis tertij gradus ad caliditatem quarti gradus. Similiter quoque erit proportio frigiditatis, quæ est in æquali ad frigiditatem gradus secundi, & proportio frigiditatis gradus secundi ad tertij gradus frigiditatem, sicut proportio tertij gradus ad frigiditatem quarti gradus. Virtutes autem contrariæ uirtutibus quæ ab æquali, secundum augmentum recesserunt, si denominauerimus secundum modum comparationis excellentium, erunt proportionales, addentes: hoc est, erit mensura augmenti frigiditatis, quæ est in æquali supra frigiditatem gradus primi, sicut mensura frigiditatis gradus primi, supra mensuram frigiditatis gradus secundi, supra mensuram frigiditatis gradus tertij: sicut mensura frigiditatis gradus tertij, supra mensuram frigiditatis gradus quarti. Si autem denominauerimus quasdam earum ex alijs, erunt æquales: quem admodum ostendimus omnes æquales existere, ex eo, quod in æquali reperitur, cum augmenta sublata fuerint: ipsæ enim partes æquales inuenientur. Huius autem declaratio est, quod æquale illud existit in quo continetur tantum caliditatis, quantum & frigiditatis, siue partes sint magnæ, siue paruæ. Ponamus igitur, quod æquale sit pars minima partium, cuius medietas sit calida: & medietas sit frigida, & quod caliditas primi gradus dupla sit eius quod est in æquali ex cali-

ditate, sicut ostendimus, primum augmentum naturale esse augmen-
tum dupli: quia ergo quod in æquali continetur ex frigiditate, æquum
est ei quod est in ipso ex caliditate, oportet ut sit caliditas primi gra-
dus dupla etiam frigiditatis, quæ est in æquali: cum ipsius frigiditas
sua caliditati sit æqualis. Et quia caliditas primi gradus, dupla est fri-
giditatis, quæ est in æquali, erit quod reperitur in ipso ex frigiditate
quantum est medietas eius, quod est in ipso ex caliditate. Ergo calidi-
tas erit pars, & frigiditas partis medietas. In gradu quoque secundo,
quod ex caliditate reperitur, duplum est eius, quod est in ipso primo
ex caliditate: sicut patefecimus ex augmento dupli. Sed quod est in
gradu primo caliditatis, ut ostensum est, duplum quoque eius est quod
est in æquali ex caliditate, & duplum etiam eius quod est in ipso ex
frigiditate. Oportet ergo, ut sit quod in gradu secundo est, ex calidi-
tate quadruplum eius, quod est in æquali ex caliditate, & quadru-
plum etiam frigiditatis quæ est in ipso cum mensura, cum ad frigidi-
tatem facta fuerit. Et cum fuerit caliditas secundi gradus quadrupla
frigiditati quæ est in æquali, postquam, quod in ipso est frigiditatis,
æquum est ipsius caliditati, erit caliditas duæ partes, & frigiditas par-
tis medietas. In gradu similiter tertio, quod caliditatis continetur, du-
plum est eius quod est in secundo ex caliditate: quemadmodum os-
tendimus ex incremento dupli. Sed quod in gradu continetur secun-
do ex caliditate, quadruplum existit eius, quod est in æquali ex ca-
liditate, & quadruplum etiam eius quod in eodem continetur ex fri-
giditate. Oportet igitur ut sit quod in gradu tertio est caliditatis, oc-
tuplum caliditatis, quæ est in æquali, & octuplum etiam frigidita-
tis eiusdem, cum mensura, cum ad frigiditatem facta fuerit. Et cum
caliditas gradus tertij, octupla fuerit frigiditatis quæ est in æquali, erit
quod est in ipso ex frigiditate octava pars eius quod est in eo ex cali-
ditate, ergo erit caliditas partes quatuor, & frigiditas pars media. In
gradu quoque quarto quod est ex caliditate, duplum est eius, quod
est intensio ex caliditate, quemadmodum ex augmento dupli patefe-
cimus. Sed quod est intensio ex caliditate, iam fuit octuplum eius
quod in æquali continetur ex caliditate, & etiam octuplum frigidi-
tatis quæ est in ipso. Oportet igitur, ut sit quod est in gradu quar-
to ex caliditate, sexdecuplum eius, quod est in æquali ex caliditate,
& etiam sexdecuplum eius quod in ipso continetur ex frigiditate, cum
ad frigiditatem commensuratum fuerit. quia caliditas gradus quar-
ti caliditatis gradus tertij dupla est. Et cum caliditas gradus quar-
ti sexdecupla fuerit frigiditati, quæ est in æquali, erit illud quod
est in ipso ex frigiditate, quantum est medietas octa-

uæ partis eius, quod in ipso reperitur ex caliditate. Erit ergo caliditas octo partes, & frigiditas partis medietas. Non dissimiliter quoque quod ex frigiditate in primo gradu, & ij. & iij. & iij. continebitur, cum incremento ad caliditatem se habebit, secundum proportionis modum, quem præmisimus ex frigiditate: & mensura in humiditate & siccitate, ad eundem modum obseruabitur.

Iam ergo ex hoc manifestum fuit, quod cum tu proportionaueris uirtutes contrarias, uirtutibus quæ ab æquali re procedentes peruenerunt ad augmentum, quare quælibet in quolibet gradu est medietas partis unius inter se, erunt æquales. Cum autem proportionaueris eas secundum modum relationis quem habent recedentes, erunt proportionales, dupli proportione: hoc est, quod frigiditas caliditatis tertij gradus, addit super frigiditatem caliditatis quarti gradus, quantum est quarti gradus frigiditas. Similiter quoque gradus secundus super tertium, & primus super secundum, & æquale super primū: hoc est, quod frigiditas caliditatis quarti gradus, tanta est quanta medietas octauæ, caloris eiusdem, & in tertio gradu octaua, & secundo quarta, & in primo media, & in æquali similiter. Calor quoque qui attenditur secundum dominium frigiditatis in tertio gradu, eodem modo calorem frigiditatis quarti gradus superat eum quantitate caloris quarti gradus. Gradus quoque residui similiter se habent: in siccitate quoque & humiditate idem inuenitur. Iam ergo ex hoc quod præmisimus, manifestum est, omnibus proportionibus, quæ in proportione augmenti attenduntur, proportionem dupli meliorem existere, in qua æquale reperitur: hoc est, quod ipsa in æquale resoluitur, sicut demonstrauius. Musicæ quoque tractator docuit hanc proportionem omnibus alijs proportionibus meliorem esse, & * in medicinis conuenientiore, scilicet dupli proportionem.

Alias, in naturis.

Ex hoc quoque declaratum est, quosdam non nominasse gradum primum, ij. iij. nisi solummodo secundum modum quo numeri ordinatio uocatur, & non aliter: hoc est, quod etiã eorum sermo in nominando gradum primum, ij. iij. intelligitur absque qualibet duarum intentionum. Quarum una est eorum, qui eos secundum ordinem numeri, & eorum computationem nominauerunt, quæ est huiusmodi, primo, secundo, tertio, quarto. Alia autem eorum qui hoc secundum uirtutum modum dixerunt: scilicet qui quartum gradum nominauerunt, eo quod eius uirtus quadrupla sit primi: & tertium, quod eius uirtus tripla sit primi: & secundum, quod eius uirtus dupla primi existat. Si qui igitur hos gradus, primum, secundum, tertium, quartum, sic nominari dixerint secundum ordinem numeri, & non secundum uirtutum ordinationem, non erit eorum dictio conueniens, secundum prædictum modum no-

minationis : cum ipsi in gradibus uirtutes quærant . Quod si fuerint etiam aliqui , qui dicant in gradibus quartum dici , quod eius uirtus sit quadrupla primi , & tertium causa suæ uirtutis , quæ est tripla primi , erit iste ordo graduum absque proportione . Nos uero iam ostendimus in præcedentibus , ipsos proportionales existere .

Galenus quoque in libro x. tractatum , quem de componendis medicinis edidit , in parte uidelicet octaua , cum de quinta confectioe medicinarum Andromachi tractaret , ad curandum stomachū , eorum destruxit sententiā , qui quarti gradus uirtutem primi quadruplam , & tertij primi triplam asserabant . Confectio autem illa satis aperte potest in illo libro intelligi , si quis intente considerare uoluerit : & si fuerit boni intellectus , & in proportione instructus , intelliget sententiā illorum qui dicunt , quartum gradum quadrupli primi , & tertium triplum primi , annullatam esse .

